DE VESTIGIIS AESCHYLI APUD SOPHOCLEM EURIPIDEM ARISTOPHANEM

scripsit

L. KOHN

NOVI EBORACI, MDCCCCIX

DE VESTIGIIS AESCHYLI APUD SOPHOCLEM EURIPIDEM ARISTOPHANEM

DISSERTATIO INAUGURALIS

CORRIGENDA

p. 16, l. 12; pro Euripidus lege Euripides.
l. 17; pro λέγειφ lege φλέγει.
p. 27, l. 37; pro desumptum lege desumptam.
p. 29, l. 5; pro qua lege quam.
p. 32, l. 36; pro describet lege describit.
p. 34, l. 36; pro ni lege in.
l. 40; dele in.
p. 39, l. 22; pro Aristophane insere ab.

SCRIPSIT

LUCILE KOHN

NOVI EBORACI, MDCCCCIX

DE VESTIGIIS AESCHYLI APUD SOPHOCLEM EURIPIDEM ARISTOPHANEM

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB

AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE

IN UNIVERSITATE COLUMBIANA

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

LUCILE KOHN

NOVI EBORACI, MDCCCCIX

PROOEMIUM

Fortasse haud ita facile videtur si rem in transcursu aspicias aliquid novi de Sophocle, Euripide, Aristophane Aeschyli imitatoribus afferre. Namque omnes Aeschyli editores multas similitudines inter opera eius et tragoedias posteras protulerunt atque editores Aristophanis semper parodias tragoediarum in comoediis eius indagant. Praeterea sunt qui* parodias quae apud Aristophanem exstant copiose tractaverint. Etsi autem multis in operibus de vestigiis Aeschyleis quae in ceteris tragoediis reperta sunt disputatum est, restare tamen videtur ut vestigia iam inventa ordine disponamus atque alia quae adhuc latent proferamus. Operae enim profecto pretium est comperire quatenus poetae scaenici posteri ab Aeschylo mutuati sint, quibus e fabulis pleraque desumpserint, quomodo denique res ab Aeschylo haustas tractaverint. Aeschyleas re vera fabulas fontem originemque in universum tragoediarum Graecarum habemus, qua de causa doctissimus quisque scriptor historiae litterarum Graecarum quomodo Aeschylus tragoediam nascentem adiuverit accurate docuit. Deinde quas machinationes scaenicas a posteris poetis utendas excogitaverit satis iam constat. Postremo iterum iterumque de similitudine et dissimilitudine morum religionisque Aeschyli et ceterorum poetarum scaenicorum est disputatum. Quae cum ita sint, notissimum est Aeschylum ad tragoediam Graecam creandam plurima attulisse. Accedit quod constat Sophoclem, Euripidem, Aristophanem interdum sententias locutionesque Aeschyli imitatos esse, sed quatenus imitati sint aliquantum latere videtur.

Argumenta pleraque tragoediarum Graecarum de fabulis a maioribus traditis poetae scaenici desumpserunt. Qua de causa si duo poetae eadem materie eodem fere modo usi sunt, minime ob eam tantum causam conici potest minorem aetate a maiore mutuatum esse. Itaque in vestigiis Aeschyli quae apud Sophoclem, Euripidem, Aristophanem exstant tractandis eos solos locos qui verbis sententiisque inter se similes sunt plerum-

* Bakhuyzen, De Parodia in Comoediis Aristophanis; Murray, On Parody and Paratragoedia in Aristophanes.

que attuli. Disposui autem fabulas septem Aeschyleas non ordine temporum sed prout eas imitati sunt ceteri poetae. Qua tamen ratione neglecta *Septem contra Thebas* ante *Agamemnonem* et *Choephoros* atque *Eumenides* ante *Persas* tractavi ne seriem trilogiae Oresteae turbarem. Proverbia, locos communes, similitudines de quibus fortasse dubitari potest in addenda inclusi.

CAPUT I

PROMETHEUS VINCTUS

Aeschylus cum fabulam *Prometheum Vinctum* scribebat tum denique artem suam perfectam protulisse videtur. Epico dicendi genere in quo orationes longas personae invicem pronuntiant tandem relicto scaenico more, id est dialogo vero, uti coeperat. Nulla prorsus fabula excepta *Agamemnone* tam vehementer mentem audientium erigere potest neque quicquam omnibus in tragoediis Graecis magnificentius insigniusve exstat quam locus ubi Prometheus poenas quas Jupiter in se demiserat minaciter pati incipit.

Quod ad argumentum ipsum fabularum superstitum Sophoclis Euripidisque attinet *Prometheus Vinctus* ne uno quidem vinculo cum iis coniungitur. Vestigia tamen huius operis Aeschylei his in fabulis exstant plurima. Neque difficile est reperire cur fabula illa tantum valuerit. Non enim dubitari potest quin critici antiqui sicut nos *Prometheum Vinctum* summo studio admirati sint atque tragici poetae posteri micas quasi quasdam epularum Aeschylearum adipisci conati sint.

Versus primi istius fabulae (1–2)

χθονὸς μὲν ἐς τηλουρὸν ἥκομεν πέδον,
Σκύθην ἐς οἶμον, ἄβροτον εἰς ἐρημίαν

notissimi fuisse videntur, namque Sophocles in Ant. 773

ἄγων ἔρημος ἔνθ' ἂν ᾖ βροτῶν στίβος,

in Phil 2

. . . βροτοῖς ἄστιπτος οὐδ' οἰκουμένη,

in Phil. 487

ἔρημον οὕτω χωρὶς ἀνθρώπων στίβου,

atque Euripides in Andr. 889–90

. . . τηλουρὰ γὰρ
ναίουσ' ἀφ' ἡμῶν πεδί' ὅμως ἐστὶν φίλη,

his a versibus mutuantur ; Aristophanes quoque duobus in locis, Av. 1482–4

ἔστι δ' αὖ χώρα πρὸς αὐτῷ
τῷ σκότῳ πόρρω τις ἐν
τῇ λύχνων ἐρημίᾳ,

et Ach. 704

ἐξολέσθαι συμπλακέντα τῇ Σκυθῶν ἐρημίᾳ,

eos per ludum immutat.

Versus P. V. 11

. . . φιλανθρώπου δὲ παύεσθαι τρόπου,

et 28

τοιαῦτ' ἐπηύρου τοῦ φιλανθρώπου τρόπου,

atque totam fabulae sententiam irridet Aristophanes in Av. 1545

ἀεί ποτ' ἀνθρώποις γὰρ εὔνους εἴμ' ἐγώ.

Quae quidem verba a Prometheo apud Aristophanem quodam in loco dicuntur ubi parodia * fabulae nostrae apparet. Idem versus cum versu P. V. 488

γαμψωνύχων τε πτῆσιν οἰωνῶν . . .

coniuncti per ludicrum detorti sunt in Av. 1306

πτερῶν δεόμενοι καὶ τρόπων γαμψωνύχων.

Euripides fortasse P. V. 48

ἔμπας τις αὐτὴν ἄλλος ὤφελεν λαχεῖν

sequitur in Iph. A. 86

ἄλλος τις ὤφελ' ἀντ' ἐμοῦ λαβεῖν τόδε.

Eadem est collocatio vocabuli satis inusitati πρόχειρον et δέρκεσθαι in Soph. El. 1116

πρόχειρον ἄχθος, ὡς ἔοικε, δέρκομαι,

atque in P. V. 54

καὶ δὴ πρόχειρα ψέλια δέρκεσθαι πάρα.

Versum P. V. 59

δεινὸς γὰρ εὑρεῖν κἀξ ἀμηχάνων πόρους

Aristophanes imitatus est in Eq. 758–9

. . . ποικίλος γὰρ ἀνὴρ

κἀκ τῶν ἀμηχάνων πόρους εὐμήχανος πορίζειν.

Aeschylus etymologiam nominis Promethei respiciens—quae res persaepe apud Graecos de Ulixe, Aiace, Helena aliisque fit—scripsit P. V. 85–6

ψευδωνύμως σε δαίμονες Προμηθέα †

καλοῦσιν αὐτὸν γάρ σε δεῖ προμηθέως.

* Mihi quidem minime liquet cur Bakhuyzen, De Parodia, etc., p. 89 et seqq. hunc locum parodiam non P. V. sed potius fabulae quae *Prometheus πυρφόρος* appellatur esse coniciat.

† Earle vocabulo προμηθίας pro προθυμίας in O. T. 48

. . . ὡς σὲ νῦν μὲν ἥδε γῆ

σωτῆρα κλῄζει τῆς πάρος προθυμίας

scripto—quam lectionem codex Γ praebet—arbitratus Sophoclem sapientiam Promethei respexisse in adnotationibus P. V. versum 85 affert in quo vocabulum προμηθία proprium est eius sapientiae quae aliquem ex angusto eximat.

Hunc locum vertit Aristophanes in ludibrium in Av. 1511

εὖ γ' ἐπενόησας αὐτὸ καὶ προμηθικῶς,

ubi Pisthetaerus Prometheum alloquitur.

Versus P. V. 115–6

τίς ἀχώ, τίς ὀδμὰ προσέπτα μ' ἀφεγγής,
θεόσυτος, ἢ βρότειος, ἢ κεκραμένη;

notissimi fuisse videntur. Fieri potest ut vestigia eorum in O. T. 1468, 1471, 1475

ἴθ' ὦναξ,
τί φημί;
λέγω τι;

inveniamus. Eos bacchios, ut docet Earle* de rebus minime loco Aeschyleo dissimilibus scripsit Sophocles, namque et Prometheus de Oceanitidibus dicit quas audire sed non videre potest et Oedipus oculis elisis verba facit. Iterum in Trach. 865–6

τί φημί;
ἠχεῖ τις οὐκ ἄσημον . . .

Sophocles bacchio τί φημί utitur. Hoc quoque in loco fortasse *Prometheum* fabulam recordatus est. Eadem est exspectatio duabus in tragoediis atque fieri potest ut verbum ἠχεῖ quod in *Trachiniis* videri potest vocabulum Aeschyleum ἀχώ subsequatur. Euripides et ipse hunc versum insignem est imitatus in Suppl. 990–1

τί φέγγος, τίν' αἴγλαν
ἐδίφρευε τόθ' ἅλιος;

et fortasse in Hipp. 1391

ὦ θεῖον ὀδμῆς πνεῦμα.

Aristophanes quidem nullam certam parodiam praebet sed fortasse in Ran. 338

ὡς ἡδύ μοι προσέπνευσε χοιρείων κρεῶν,

et in Av. 1715–6

ὀσμὴ δ' ἀνωνόμαστος ἐς βάθος κύκλου
χωρεῖ

hunc locum irridet.

Parodiae versus P. V. 116 in Cycl. 218

μήλειον ἢ βόειον ἢ μεμιγμένον;

et in Hel. 1137

ὅ τι θεὸς ἢ μὴ θεὸς ἢ τὸ μέσον,

satis insignes sunt.

* Cf. adnotationem ad O. T. 1468.

Fieri potest ut Euripides versus P. V. 125–6

. . . αἰθὴρ δ' ἐλαφραῖς
πτερύγων ῥιπαῖς ὑποσυρίζει.

imitatus sit in frag. 594, 4

ταῖς ὠκυπλάνοις πτερύγων ῥιπαῖς.

Versus Av. 654

μηδὲν φοβηθῇς. ἔστι γάρ τι ῥιζίον,

haud omnino dissimilis est P. V. 129

μηδὲν φοβηθῇς· φιλία γὰρ ἅδε τάξις.

Vocabulum πεδάρσιος, quod apud Sophoclem aut Euripidem non invenitur, in versibus P. V. 269, 710, 916 scriptum est. Aristophanes igitur Aeschylum irridere videtur in Av. 1197

ὡς ἐγγὺς ἤδη δαίμονος πεδαρσίου.

Appositum πετρηρεφῆ de vocabulo ἄντρα usurpatur in P.V. 300–1

. . . πετρηρεφῆ
αὐτόκτιτ' ἄντρα

atque in Cycl. 82

. . . ἄντρα δ' εἰς πετρηρεφῆ.

Non dubitari potest quin parodia P. V. 311–3

εἰ δ' ὧδε τραχεῖς καὶ τεθηγμένους λόγους
ῥίψεις, τάχ' ἄν σου καὶ μακρὰν ἀνωτέρω
θακῶν κλύοι Ζεὺς

insit in Av. 1505–9

. . . σίγα, μὴ κάλει μου τοὔνομα·
ἀπὸ γάρ μ' ὀλεῖς, εἴ μ' ἐνθάδ' ὁ Ζεὺς ὄψεται.
ἀλλ' ἵνα φράσω σοι πάντα τἄνω πράγματα,
τουτὶ λαβών μου τὸ σκιάδειον ὑπέρεχε
ἄνωθεν, ὡς ἂν μή μ' ὁρῶσιν οἱ θεοί,

et in Av. 1549–51

. . . ἀλλ' ὡς ἂν ἀποτρέχω πάλιν,
φέρε τὸ σκιάδειον, ἵνα με κἂν ὁ Ζεὺς ἴδῃ
ἄνωθεν,

ubi loquitur Prometheus.

Ad κόμπασμα vocabulum ab Aeschylo P. V. 361, Theb. 551, 794 usurpatum Aristophanes fortasse spectat in Ran. 939–40

ἀλλ' ὡς παρέλαβον τὴν τέχνην παρὰ σοῦ τὸ πρῶτον εὐθὺς
οἰδοῦσαν ὑπὸ κομπασμάτων . . . . .

quo in loco Euripides Aeschylum alloquitur.

Totum colloquium quod inter Prometheum Oceanumque in P. V. 298–396 habetur cum versibus Herc. Fur. 1243–53 comparari potest, utraque enim in fabula amicus amico persuadet ut

aliquid faciat quod bene amico ipsi postremo eveniat. Deinde idem proverbium*—quod docet qui rebus florentibus infelices admoneat eum facile admonere posse—in fabulis Aeschylea Euripideaque invenitur. Postremo in Herc. Fur. 1252–3

ΘΗ. εὐεργέτης βροτοῖσι καὶ μέγας φίλος;

ΗΡ. οἵδ' οὐδὲν ὠφελοῦσί μ',

habemus sententiam fabulae *Prometheo* propriam, dicit enim hoc in loco Hercules homines gratias ob beneficia agere nequire.

Aristophanes cum Aeschylum increpat quod κρημνοποιός est vide Nub. 1366–7

ἐγὼ γὰρ Αἰσχύλον νομίζω πρῶτον ἐν ποιηταῖς,
ψόφου πλέων ἀξύστατον στόμφακα κρημνοποιόν,

et Ran. 929

. . . καὶ ῥήμαθ' ἱππόκρημνα,

spectare videtur ad P. V. 421–2

ὑψίκρημνον οἳ πόλισμα
Καυκάσου πέλας νέμονται.

Aeschylum voce insolita προυσελούμενον † usum in P. V. 438

ὁρῶν ἐμαυτὸν ὧδε προυσελούμενον.

Aristophanes per ludibrium imitatur Ran. 729–30

καὶ τραφέντας ἐν παλαίστραις καὶ χοροῖς καὶ μουσικῇ
προυσελοῦμεν.

Verba quae sunt φρενῶν ἐπηβόλους in P. V. 444

ἔννους ἔθηκα καὶ φρενῶν ἐπηβόλους,

iterum in Ant. 492

λυσσῶσαν αὐτὴν οὐδ' ἐπήβολον φρενῶν·

et in Soph. Fr. 109

εἴθ εὖ φρονήσαντ' εἰσίδοιμί πως φρενῶν
ἐπήβολον καλῶν σε

inveniuntur.

Aeschylus in duabus orationibus—vide versus 447–71, 476–506—quibus Prometheus beneficia sua erga homines demonstrat multas res Sophocli Euripidique ad sequendas, Aristophani ad irridendas praebet. Hos quidem locos imitatur Sophocles in universum in Fr. 399, ubi Palamedem rationem numerandi repperisse affirmat, quod inventum Aeschylus Prometheo tribuit.

* Cf. infra, pp. 41–2.

† Earle in adnotatione ad O. T. 1483, Schmidt sequens προυσέλησαν pro προυξένησαν quod verbum codices ad O. T. 1483 exhibent, scribens istum versum suo iure sic rescribere videtur:

τὰ πρόσθε λαμπρὰ προυσέλησαν ὄμματα.

Euripides quoque in Fr. 578 inventa Palamedis haud aliter ac Aeschylus excogitationes Promethei enarrat, praesertim cum alter alteri ordinationem elementorum ascribat. Praeterea Euripides in Suppl. 201–13 locum Aeschyleum imitari videtur, hac enim in fabula invenimus *πεφυρμένου* in versu 201, quod verbum sicut *ἔφυρον* in P. V. 450 modum vivendi omni ratione carentem significat. Porro verba *προβλήματα χείματος* quae in Suppl. 207 apparent ad voces *τέκμαρ χείματος*, P. V. 454, spectant; denique *ναυστολήματα πόντου* in Suppl. 209 ad *θαλασσόπλαγκτα λινόπτερα ναυτίλων ὀχήματα* P. V. 467–8 atque Suppl. 212–3

. . . καὶ κατὰ σπλάγχνων πτύχας
μάντεις προσημαίνουσιν οἰωνῶν τ' ἄπο

ad versus P. V. 488 *γαμψωνύχων τε πτῆσιν οἰωνῶν* et 493 *σπλάγχνων τε λειότητα* respiciunt.

Versus P. V. 447–8

οἳ πρῶτα μὲν βλέποντες ἔβλεπον μάτην,
κλύοντες οὐκ ἤκουον,

et Ag. 1623

. . . οὐχ ὁρᾷς ὁρῶν τάδε;

imitatus est Sophocles in O. T. 413

σὺ καὶ δέδορκας κοὐ βλέπεις ἵν' εἶ κακοῦ,

et in Fr. 837

ἀλλ' οὐδ ὁρῶντες εἰσορῶσι τἀμφανῆ.

Verisimile videtur Sophoclem notissimo in cantico Ant. 349–52

κρατεῖ δὲ . . . ἀκμῆτα ταῦρον.

versus P. V. 463–6

κἄζευξα πρῶτος . . . φιληνίους ἵππους

secutum esse et eiusdem cantici versum 364

νόσων δ' ἀμηχάνων φυγὰς ξυμπέφρασται

a versibus P. V. 482–3

ἔδειξα κράσεις ἠπίων ἀκεσμάτων,
αἷς τὰς ἁπάσας ἐξαμύνονται νόσους

mutuatum esse. Quibus in locis Sophocles quidem astrictius quam Aeschylus easdem sententias exposuit.

Euripides versum P. V. 466

. . . ἄγαλμα τῆς ὑπερπλούτου χλιδῆς

secutus esse videtur in Iph. T. 1148

χλιδᾶς ἁβροπλούτοιο.

Si nunc fabulas Aristophanis indagarimus nonnullas parodias harum duarum orationum invenire poterimus. Primum in Av. 686–7

ὀλιγοδρανέες, πλάσματα πηλοῦ, σκιοειδέα φῦλ' ἀμενηνά,
ἀπτῆνες ἐφημέριοι ταλαοὶ βροτοὶ ἀνέρες εἰκελόνειροι,

duos locos P. V. 448–50

. . . ἀλλ' ὀνειράτων
ἀλίγκιοι μορφαῖσι τὸν μακρὸν βίον
ἔφυρον εἰκῇ πάντα,

et 546–8

τίς ἐφαμερίων ἄρηξις; οὐδ' ἐδέρχθης
ὀλιγοδρανίαν ἄκικυν
ἰσόνειρον,

coniunxisse Aristophanes videtur. Verbum ὀλιγοδρανέες quod in Av. 686 stat vocem inusitatam P. V. 547 sequitur atque ἐφημέριοι in Av. 687 ἐφαμερίων P. V. 546 repetit. Adde quod εἰκελόνειροι Av. 687 a vocabulo ἰσόνειρον P. V. 548 et ὀνειράτων ἀλίγκιοι μορφαῖσι P. V. 499 mutuatur Aristophanes.

Inventa Promethei per iocum detorquet Aristophanes in Ran. 971–80, ubi sententiam totam neque res singulas loci Aeschylei subsequitur.

Versum postremum orationis Promethei, P. V. 506

πᾶσαι τέχναι βροτοῖσιν ἐκ Προμηθέως,

Aristophanes irridet in Plut. 160–1

τέχναι δὲ πᾶσαι διὰ σὲ καὶ σοφίσματα
ἐν τοῖσιν ἀνθρώποισίν ἐσθ' ηὑρημένα.

Hoc loco σοφίσματα habemus, quod vocabulum saepe de inventis Promethei usurpatur.

Oceanitides maestae nuptias Promethei laetissimas cum praesentibus rebus adversis conferunt in P. V. 556–60. Iterum Admetus in Alc. 915 quantopere inter nuptias suas hilares atque mortem Alcestis intempestivam intersit docet.

Verisimile videtur Sophoclem cum scriberet El. 5

τῆς οἰστροπλῆγος ἄλσος Ἰνάχου κόρης

versus P. V. 589–90

πῶς δ' οὐ κλύω τῆς οἰστροδινήτου κόρης,
τῆς Ἰναχείας;

atque 681–2

. . . οἰστροπλὴξ δ' ἐγὼ
μάστιγι θείᾳ γῆν πρὸ γῆς ἐλαύνομαι

recordatum esse.

Versus P. V. 613

ὦ κοινὸν ὠφέλημα θνητοῖσιν φανείς,

ad cachinnum spectatorum movendum detortus est in Eq. 836

ὦ πᾶσιν ἀνθρώποις φανεὶς μέγιστον ὠφέλημα.

Sententia quam prodit Aeschylus in P. V. 619

βούλευμα μὲν τὸ Δῖον, Ἡφαίστου δὲ χείρ

aliquantum mutata iteratur in Eq. 108

ὦ δαῖμον ἀγαθὲ, σὸν τὸ βούλευμ', οὐκ ἐμόν,

et in Eq. 1203

τὸ μὲν νόημα τῆς θεοῦ, τὸ δὲ κλέμμ' ἐμόν.

Fieri potest ut Sophocles in O. T. 96–8

ἄνωγεν ἡμᾶς . . . . ἐλαύνειν

ad versus P. V. 663–5

τέλος δ' ἐναργὴς . . . ὠθεῖν ἐμὲ,

spectaverit. Nam utroque in loco—ut docet Earle*—oraculum aperte datur, quae res minime saepe apud Graecos fit, atque exsilium imperatur.

Quod Aeschylus apposito ὀξύστομος de tabano in P. V. 674–5

. . . ὀξυστόμῳ
μύωπι χρισθεῖσ'

usus est, irridere videtur eum Aristophanes in Av. 244–5

οἵ θ' ἑλείας παρ' αὐλῶνας ὀξυστόμους
ἐμπίδας κάπτετε.

Eadem est collocatio verborum in Iph. T. 1429–30

. . . ἢ κατὰ στύφλου πέτρας
ῥίψωμεν,

atque in P. V. 748

ἔρριψ' ἐμαυτὴν τῆσδ' ἀπὸ στύφλου πέτρας.

Fieri potest ut Aristophanes ad vocabulum ἱπποβάμονα P.V. 805 et ἱπποβάμοσιν Suppl. 284 respexerit in Ran. 820–1

φωτὸς ἀμυνομένου φρενοτέκτονος ἀνδρὸς
ῥήμαθ' ἱπποβάμονα.

Colloquium quod inter Prometheum Mercuriumque habetur in P. V. 944–1093 fortasse per ludum vertit Aristophanes in Plut. 1100 et seqq. Primum enim utraque in fabula apparet Mercurius munere nuntii Iovis fungens atque eodem prope modo loqui incipit; confer P. V. 944–6

σὲ τὸν σοφιστὴν . . . λέγω

cum Plut. 1099

. . . σέ τοι λέγω.

Deinde minae quas iactat Mercurius in Plut. 1107–9

* Vide adnotationem eius ad O. T. 96.

. . . ὁ Ζεὺς ὦ πόνηρε βούλεται
ἐς ταὐτὸν ὑμᾶς συγκυκήσας τρύβλιον
ἁπαξάπαντας ἐς τὸ βάραθρον ἐμβαλεῖν

redolent e *Prometheo*, maxime verbum συγκυκήσας cum κυκάτω P. V. 994 est conferendum.

Iterum irridet Aeschylum Aristophanes in Av. 1547

μισῶ δ' ἅπαντας τοὺς θεούς, ὡς οἶσθα σύ,

qui versus ad. P. V. 975

ἁπλῷ λόγῳ τοὺς πάντας ἐχθαίρω θεοὺς

respicit.

Orationem Promethei plenam mirificae cuiusdam virtutis in P. V. 992–4

πρὸς ταῦτα ῥιπτέσθω μὲν αἰθαλοῦσσα φλόξ,
λευκοπτέρῳ δὲ νιφάδι καὶ βροντήμασι
χθονίοις κυκάτω πάντα καὶ ταρασσέτω·

ad risum movendum persaepe vertit Aristophanes, namque eius loci parodias invenimus in Ach. 530–1

ἐντεῦθεν ὀργῇ Περικλέης οὐλύμπιος
ἤστραπτ' ἐβρόντα ξυνεκύκα τὴν Ἑλλάδα,

et in Ach. 688

ἄνδρα Τιθωνὸν σπαράττων καὶ ταράττων καὶ κυκῶν

et in Eq. 692, Pac. 320, 654.

Versimile videtur Aristophanem versus P. V. 995–6

γνάψει γὰρ οὐδὲν τῶνδέ μ' ὥστε καὶ φράσαι
πρὸς οὗ χρεών νιν ἐκπεσεῖν τυραννίδος

imitari in Eq. 1229–30

οὐ δῆτ', ἐπεί μοι χρησμός ἐστι Πυθικὸς
φράζων ὑφ' οὗ † δέησει μ' † ἡττᾶσθαι μόνου.

A fabula *Prometheo*, ut videtur, multo saepius quam a prioribus Aeschyli tragoediis sententias vocesque mutuati sunt tragici poetae posteri. Vestigia quidem *Promethei* non in una tantum fabula reperiunter, sicut de *Septem* et *Phoenissis* atque de *Persis* et *Iphigenia Taurica* fit, sed omnes per posteras tragoedias exstant. Mentione quoque dignum est quod et Aristophanes multos locos fabulae nostrae per parodiam imitatus et Sophocles veram propter admirationem secutus est. Huc accedit quod plurima vestigia *Promethei* ad duas illas orationes spectant quarum in altera beneficia sua erga homines enarrat Prometheus, in altera poenas Iovis superbissime contemnit. Apparet sane ex his quae iam disputavimus *Prometheum* fabulam Aeschyleam gratissimam aut paulo tantum minus gratam quam *Agamemnonem* fuisse.

CAPUT II

SEPTEM CONTRA THEBAS

Etsi Aeschylus, quod ad res Thebaicas attinet, argumento usus est quod poetae epici multo ante expresserant, exemplum tamen harum rerum in fabula tractandarum in *Septem contra Thebas* tradidisse videtur, namque non dubium esse potest quin Sophocles, cum *Antigonam* et *Oedipum Coloneum* scriberet atque Euripides cum *Phoenissas* et *Supplices* componeret uterque ad locum in quo Aeschylus certamen et mortem Eteoclis Polynicisque descripserat spectaverit. Concludendum igitur est Sophoclem Euripidemque aut argumentum Aeschyleum accepisse aut eo reiecto fabulam melius tractare conatos esse.

Versus Theb. 43–8

ταυροσφαγοῦντες . . . φυράσειν φόνῳ

cavillans imitatus est Aristophanes in Lysis. 188–9

εἰς ἀσπίδ' . . . μηλοσφαγούσας

et in Lysis. 195–7

θεῖσαι μέλαιναν . . . 'πιχεῖν ὕδωρ.

Theb. 53

. . . λεόντων ὡς Ἄρη δεδορκότων

parodia inest in Plut. 328

. . . βλέπειν γὰρ ἄντικρυς δόξεις μ' Ἄρη.

Versus Theb. 62

σὺ δ' ὥστε ναὸς κεδνὸς οἰακοστρόφος

prope ad verbum iteratur in Med. 523

ἀλλ' ὥστε ναὸς κεδνὸν οἰακοστρόφον.

Fieri potest ut totum colloquium quod inter se habent Probulus et Lysistrata et alia quaedam mulier in Lysis. 486–538 scripserit Aristophanes ut diverbium Eteoclis et puellarum Thebanarum per ludum detorserit; praesertim Theb. 232 *

σὸν δ' αὖ τὸ σιγᾶν καὶ μένειν εἴσω δόμων

et Lysis. 515–6

οὐ σιγήσει . . . ἔνδον ἐσίγων

haud magnopere inter se differunt.

In carmine chori in Ant. 135–9

πυρφόρος . . . μέγας Ἄρης

vestigia Theb. 340–5

ἄλλος . . . εὐσέβειαν Ἄρην.

exstant. Invenimus enim in Ant. 135 πυρφόρος et in Theb. 341

* Cf. infra, p. 44.

πυρφορεῖ atque Ant. 136 ἐπέπνει et Theb. 343 ἐπιπνεῖ; porro extrema in parte utriusque cantici Mars depingitur. Quae verborum similitudo cum de eadem re canant chori haud fortuito accidisse videtur.

Vocabulum quod est κορκορυγή in Theb. 346

κορκορυγαὶ δ' ἀν' ἄστυ,

per iocum vertit Aristophanes in Pac. 991

λῦσον δὲ μάχας καὶ κορκορυγάς,

et in Lysis. 491

ἀεί τινα κορκορυγὴν ἐκύκων.

Etsi Euripides aliquotiens irridet Aeschylum de septem propugnatoribus Argivis narrantem, eum tamen aliquanto minus copiose quidem in Phoen. 1090–1200 et in Suppl. 856–908 imitatus est. Sophocles quoque de eadem re etiam constrictius in O. C. 1310–22 agit.

In versibus Phoen. 749–52

τάξω λοχαγοὺς πρὸς πύλαισιν, ὡς λέγεις,
ἴσους ἴσοισι πολεμίοισιν ἀντιθείς.
νέμειν δ' ἕκαστον διατριβὴν πολλὴν ἔχει,
ἐχθρῶν ὑπ' αὐτοῖς τείχεσιν καθημένων

minime decet Eteoclem pronuntiare se non tempus edicendis ducibus electis perditurum esse. Hic igitur locus, ut videtur, tantum ad rationem Aeschyleam epicam perstringendam in fabulam Euripideam insertus est. Quam rationem iterum increpat Euripides in Suppl. 846–50

ἓν δ' οὐκ ἐρήσομαί σε, μὴ γέλωτ' ὄφλω,
ὅτῳ ξυνέστη τῶνδ' ἕκαστος ἐν μάχῃ
ἢ τραῦμα λόγχης πολεμίων ἐδέξατο.
κενοὶ γὰρ οὗτοι τῶν ἀκουόντων λόγοι
καὶ τοῦ λέγοντος · .

Praeterea fieri potest ut Euripides res singulas quas scutis insignibusque praebet Aeschylus culpet cum de scuto Hippomedontis dicit in Phoen. 1118

ὡς ὕστερον θανόντος εἰσορᾶν παρῆν.

Praeter omnes hos locos qui ad versus Theb. 375–562 in universum spectant reperimus multa alia singula in quibus hic locus et fabulae posterae inter se similes sunt. Primum vero versus Theb. 384–5

τοιαῦτ' ἀΰτῶν τρεῖς κατασκίους λόφους
σείει,

irridet Aristophanes in Ach. 965

πάλλει κραδαίνων τρισί κατάσκιος λόφοις.

Deinde a Theb. 427–8

θεοῦ τε γὰρ θέλοντος ἐκπέρσειν πόλιν
καὶ μὴ θέλοντός φησιν

Euripides mutuatur in Suppl. 498–9

. . . ὤμοσεν πόλιν
πέρσειν θεοῦ θέλοντος ἤν τε μὴ θέλῃ,

qui versus item de Capaneo scripti sunt.

Porro proximos insequentes versus, Theb. 428–9

. . . οὐδὲ τὴν Διὸς
Ἔριν πέδοι σκήψασαν ἐμποδὼν σχεθεῖν,

imitatur Euripidus in Phoen. 1175

μηδ' ἂν τὸ σεμνὸν πῦρ νυν εἰργαθεῖν Διός.

Tum locum quem de scuto Capanei scripsit Aeschylus in Theb. 432–4

ἔχει δὲ σῆμα γυμνὸν ἄνδρα πυρφόρον,
λέγειφ δὲ λαμπὰς διὰ χεροῖν ὡπλισμένη
χρυσοῖς δὲ φωνεῖ γράμμασιν „πρήσω πόλιν",

Euripides imitatur in Phoen. 1121–2

. . . δεξιᾷ δὲ λαμπάδα
Τιτὰν Προμηθεὺς ἔφερεν ὡς πρήσων πόλιν.

ubi insigne de Capanei scuto ad Tydei transfert. Verba quae sunt διὰ χεροῖν ὡπλισμένη, Theb. 433, mutuatur Euripides in Bacch. 733

ἕπεσθε θύρσοις διὰ χερῶν ὡπλισμέναι.

De Parthenopaeo verba facit Aeschylus multa in Theb. 526–37, cuius descriptionis vestigia apud Euripidem Suppl. 888–91, Phoen. 150, 1153–61 et apud Sophoclem in O. C. 1320–2 apparent. Omnibus his in locis Parthenopaeus proles Atalantae—Ἀταλάντης γόνος—fuisse dicitur atque ἄρτι δ' οἰνωπὸν γένυν voces in Phoen. 1160 respondent ad versus Theb. 534–5

στείχει δ' ἴουλος ἄρτι διὰ παρηΐδων,
ὥρας φυούσης, ταρφὺς ἀντέλλουσα θρίξ.

Versus Suppl. 889 παῖς Παρθενοπαῖος sequitur Theb. 533 ἀνδρόπαις ἀνήρ.

Ad Theb. 536–7

ὁ δ' ὠμόν, οὔτι παρθένων ἐπώνυμον,
φρόνημα, γοργὸν δ' ὄμμ' ἔχων

spectans Sophocles videtur scripsisse in O. C. 1321–2

ἐπώνυμος τῆς πρόσθεν ἀδμήτης χρόνῳ
μητρὸς λοχευθείς,

ut etymologiam nominis Parthenopaei interpretaretur.

Insigne Sphingis quod in scuto Parthenopaei in Theb. 539–43

τὸ γὰρ πόλεως . . . Καδμείων ἕνα

caelatur iterum apparet apud Euripidem in El. 470–2

ἐπὶ δὲ . . . ἄγραν φέρουσαι.

De etymologia nominis Polynicis modo minime insolito mentionem facit Aeschylus in Theb. 577–8

ἐξυπτιάζων ὄμμα Πολυνείκους βίαν,
δίς τ' ἐν τελευτῇ τοὔνομ' ἐνδατούμενος

et in Theb. 658, 829–30. Quem sequitur Euripides in Phoen. 1494 et 636–7

. . . ἀληθῶς δ' ὄνομα Πολυνείκην πατὴρ
ἔθετο σοι θείᾳ προνοίᾳ νεικέων ἐπώνυμον,

et Sophocles in Ant. 110–11.

Versus Theb. 582–3

πόλιν πατρῴαν καὶ θεοὺς τοὺς ἐγγενεῖς
πορθεῖν,

imitatus est Sophocles in Ant. 199–201

ὃς γῆν πατρῴαν καὶ θεοὺς τοὺς ἐγγενεῖς
φυγὰς κατελθὼν ἠθέλησε μὲν πυρὶ
πρῆσαι κατ' ἄκρας.

Scutum Amphiarai teste Aeschylo in Theb. 591

. . . σῆμα δ' οὐκ ἐπῆν κύκλῳ

insigni caruit. Quem testem Euripides in Phoen. 1111–2

ὁ μάντις 'Αμφιάραος, οὐ σημεῖ' ἔχων
ὑβρισμέν', ἀλλὰ σωφρόνως ἄσημ' ὅπλα

sequitur.

Iterum in *Lysistratae* versu 406

τοιαῦτ' ἀπ' αὐτῶν βλαστάνει βουλεύματα

parodiam Theb. invenimus; confer Theb. 594

ἐξ ἧς τὰ κεδνὰ βλαστάνει βουλεύματα.

De versibus Theb. 674–6

ἄρχοντί τ' ἄρχων καὶ κασιγνήτῳ κάσις,
ἐχθρὸς ξὺν ἐχθρῷ στήσομαι. φέρ' ὡς τάχος
κνημῖδας, αἰχμῆς καὶ πέτρων προβλήματα.

editores vehementer et disputaverunt et adhuc disputant. Paley* quod non ex Aeschylo redoleant atque scholia de eis taceant istos versus uncis quadratis includere vult. Verrall† autem suo iure, ut videtur, versum 676 solum delet. Qua re efficit ut Euripides non in Phoen. 779

* Cf. adnotationem ad Theb. 671-3.
† Ad Theb. 663.

ἐκφέρετε τεύχη πάνοπλά τ' ἀμφιβλήματα

a loco Aeschyleo mutuetur sed potius aliquis librarius hunc versum ab Euripide sumptum in Theb. inserat.

Locutio Phoen. 1097–8

ὡς τῷ νοσοῦντι τειχέων εἴη δορὸς
ἀλκῇ δι' ὀλίγου

eadem fere est ac Theb. 762–3

μεταξὺ δ' ἀλκὰ δι' ὀλίγου
τείνει πύργος ἐν εὔρει.

Operae pretium est praeconis praedicationem in Theb. 1005–25 cum Creontis in Ant. 192–210 comparare. Qui loci haud magnopere inter se differunt. Namque utraque in praedicatione de Eteocle primo agitur, quem iubet praeco a civibus pro beneficiis eius erga patriam praemio donari. Tum Polynicem vehementissime praeco obiurgat quod Thebas delere sit conatus. Praesertim inter se similes sunt (I) versus Theb. 1013

τούτου δ' ἀδελφὸν τόνδε Πολυνείκους νεκρὸν

atque Ant. 198

τὸν δ' αὖ ξύναιμον τοῦδε, Πολυνείκην λέγω,

(II) Theb. 1014

ἔξω βαλεῖν ἄθαπτον, ἁρπαγὴν κυσὶν,

atque Ant. 205–6

ἐᾶν δ' ἄθαπτον, καὶ πρὸς οἰωνῶν δέμας
καὶ πρὸς κυνῶν ἐδεστὸν αἰκισθέντ' ἰδεῖν.

Accedit quod Euripides in Phoen. 775–7, 1627–34 ac Sophocles in Ant. 23–30, qui ambo item de sepultura Polynicis vetanda agunt, Aeschylum plerumque secuntur. Denique oratio in Ai. 1052–90 qua Menelaus ne Aiax sepeliatur interdicit praedicationi praeconis Aeschylei haud omnino dissimilis est.

Euripides versus Theb. 1028–30

ἐγώ σφε θάψω . . . τήνδ' ἀναρχίαν πόλει.

secutus est in Phoen. 1657

ἐγώ σφε θάψω, κἂν ἀπεννέπῃ πόλις.

Verrall* censet Sophoclem vel consulto vel forte O. C. 726

θάρσει, παρέσται . . .

versum Theb. 1041

θάρσει παρέσται μηχανὴ δραστήριος

imitatum esse. Sed similitudo hos inter locos mihi quidem fortuita videtur.

* Cf. adnotationem ad Theb. 1032.

Apparet sane posteros poetas scaenicos saepe a *Septem* mutuatos esse sed plerumque ad eas quattuor tragoedias scribendas quae idem argumentum usurpant. Quarum quattuor fabularum *Phoenissae* diligentissime *Septem* sequitur. Qua in fabula Euripides descriptionem septem propugnatorum Argivorum paene totam ab Aeschylo desumit, sed quae mutuatur corrigit, quae non mutuatur culpat. Non multae parodiae *Septem* fabulae apud Aristophanem exstant quarum omnes fere in *Lysistrata* reperiuntur.

CAPUT III

AGAMEMNON

Aeschylus in *Agamemnone* fabula scribenda ad summam artem suam pervenit. Haec fabula re vera quod per se plurimum valet atque res Graecis gratissimas tractat exempla posteris dedit permulta. Ibi Aeschylus de immolatione Iphigeniae et de reditu ac morte Agamemnonis narravit et poetae scaenici subsequentes hoc optimum mirrificentissimumque exemplum negligere nequiverunt.

Prologus *Agamemnonis* qui oratiunculam excubitoris continet aliquanto quibusdam in locis obscurior est sed quid dicere velit Aeschylus maximam partem satis facile comperiri potest atque verisimile videtur Aristophanem in prooemio *Nubium* praesertimque in versibus 1–2

> ἰοὺ ἰού
> ὦ Ζεῦ βασιλεῦ τὸ χρῆμα τῶν νυκτῶν ὅσον

hunc ad prologum respexisse. Eodem fere modo Strepsiades ac vetus ille excubitor summo studio diluculum exspectant.

Apud Aristophanem invenimus non solum parodias et imitationes Aeschyli sed etiam locos Aeschyleos aperte prolatos. Talis igitur res apparet in Ran. 1276

> κύριός εἰμι θροεῖν ὅδιον κράτος αἴσιον ἀνδρῶν

ubi versum Ag. 104 affert poeta comicus.

Aristophanes versum Ag. 109

> ὅπως Ἀχαιῶν δίθρονον κράτος, Ἑλλάδος ἥβας

in Ran. 1285 et versus Ag. 111–2

> πέμπει σὺν δορὶ καὶ χερὶ πράκτορι
> θούριος ὄρνις . . . . .

in Ran. 1289 affert.

Carmen chori quod moram classis Aulide et mortem Iphigeniae tractat saepe imitati sunt Sophocles et Euripides. Euri-

pides breviter argumentum Aeschyleum in Iph. A. 87–92 complexus est. Quo loco (versu 88) sicut in Ag. 189, habemus vocem ἀπλοίᾳ.

Verba Agamemnonis ipsius in Ag. 206–7

βαρεῖα μὲν κὴρ τὸ μὴ πιθέσθαι
βαρεῖα δ', εἰ τέκνον δαΐξω,

imitatus est Euripides in Iph. A. 1257–8

δεινῶς δ' ἔχει μοι ταῦτα τολμῆσαι, γύναι,
δεινῶς δὲ καὶ μή

ubi amplius Agamemnon de nece Iphigeniae dicit.

Euripides versum Ag. 217

ἐπεὶ δ' ἀνάγκας ἔδυ λέπαδνον

mutuatur in Iph. A. 443

εἰς οἷ' ἀνάγκης ζεύγματα ἐμπεπτώκαμεν.

Aeschylum vocabulo προτέλεια de Iphigenia utentem in Ag. 227 secutus est Euripides in Iph. A. 718 et in versu 433 eiusdem fabulae verbum προτελίζειν eadem de re usurpavit.

Idem Euripides ab Aeschylo cum necem ipsam puellae in Ag. 231–41 depingit mutuatur. Eandem narrationem paucioribus verbis descriptam in Iph. T. 26–7 reperimus. Quo in loco voces ὑπὲρ πυρᾶς respondent ad ὕπερθε βωμοῦ in Ag. 232 atque μεταρσία ληφθεῖσ' idem fere valent ac λαβεῖν ἀέρδην in Ag. 236. Res singulae quae ad mortem Polyxenae attinent in Hec. 556–61 a loco Aeschyleo differunt sed versus Hec. 560–1

μαστούς τ' ἔδειξα στέρνα θ' ὡς ἀγάλματος
κάλλιστα,

ex Ag. 241

πρέπουσά θ' ὡς ἐν γραφαῖς,

hausti esse videntur.

Verisimile est Euripidem illam insignem sententiam quam Alc. 348–55 exhibet,

σοφῇ δὲ χειρὶ . . . εὐφραίνοις ἄν,

de versibus Ag. 416–24

εὐμόρφων δὲ . . . παραλλάξασα διὰ χερῶν

sumpsisse.

Reditum mortuorum miserrimum praebet Aeschylus in Ag. 434–5

. . . ἀντὶ δὲ φωτῶν
τεύχη καὶ σποδὸς . . . ,

Ag. 443–4

φίλοισι πέμπει βραχὺ
ψῆγμα δυσδάκρυτον ἀντήνορος σποδοῦ γεμίζων λέβητας
εὐθέτους,

Choe. 686–7

νῦν γὰρ λέβητος χαλκέου πλευρώματα
σποδὸν κέκευθεν ἀνδρὸς εὖ κεκλαυμένου.

Has descriptiones Euripides in Suppl. 1130–1

σποδοῦ τε πλῆθος ὀλίγον ἀντὶ σωμάτων
εὐδοκίμων δήποτ' ἐν Μυκήναις ;

et Sophocles in El. 757–9, 1113–4, 1158–9
(Soph. El. 757–9

καί νιν πυρᾷ κέαντες εὐθὺς ἐν βραχεῖ
χαλκῷ μέγιστον σῶμα δειλαίας σποδοῦ
φέρουσιν . . . . .)

imitati sunt.

Versus Ag. 525–6

Τροίαν κατασκάψαντα τοῦ δικηφόρου
Διὸς μακέλλῃ, ...

sequitur Sophocles in Fr. 659

[χρυσῇ] μακέλλῃ Ζηνὸς ἐξαναστραφῇ

et irridet Aristophanes in Av. 1240

Διὸς μακέλλῃ πᾶν ἀναστρέψῃ Δίκη.

Fieri potest ut miles incultus in Ai. 1207

ἀεὶ πυκιναῖς δρόσοις τέγγομενος κόμας,

adumbratus a versibus Ag. 561–2

δρόσοι κατεψάκαζον, ἔμπεδον σίνος
ἐσθημάτων τιθέντες ἔνθηρον τρίχα

sit desumptus.

Aeschylus in *Agamemnone* et Euripides in *Helena* de Menelao subito media e classe erepto eodem prope modo agunt. Operae vero pretium est versum Hel. 126

ὡς κεῖνος ἀφανὴς σὺν δάμαρτι κλῄζεται

cum Ag. 624

ἀνὴρ ἄφαντος ἐξ 'Αχαϊκοῦ στρατοῦ

comparare. Versus Hel. 132 quoque cum Ag. 630–1 conferendus est.

Vix est dubium quin Euripides in Iph. T. 300

ὡς αἱματηρὸν πέλαγος ἐξανθεῖν ἁλός

versum Ag. 659

ὁρῶμεν ἀνθοῦν πέλαγος Αἰγαῖον νεκροῖς

imitatus sit.

Aeschylus de nomine Helenae quasi quosdam logos in Ag. 686–7

τὰν δορίγαμβρον ἀμφινεικῆ θ' Ἑλέναν; ἐπεὶ πρεπόντως
ἑλέναυς, ἕλανδρος, ἑλέπτολις

et minus aperte in Ag. 406

ἄγουσα τ' ἀντίφερνον Ἰλίῳ φθορὰν

fecit. Hoc quidem ludibrium in Hec. 442–3

Ἑλένην ἴδοιμι διὰ καλῶν γὰρ ὀμμάτων
αἴσχιστα Τροίαν εἷλε τὴν εὐδαίμονα,

Andr. 103–4

Ἰλίῳ αἰπεινᾷ Πάρις οὐ γάμον ἀλλά τιν' ἄταν
ἠγάγετ' εὐναίαν εἰς θαλάμους Ἑλέναν.,

Tro. 890–1

αἰνῶ σε, Μενέλα', εἰ κτενεῖς δάμαρτα σήν.
ὁρῶν δὲ τήνδε φεῦγε, μή σ' ἕλῃ πόθῳ.,

Iph. A. 1475–6

ἄγετέ με τὰν Ἰλίου
καὶ Φρυγῶν ἑλέπτολιν

iteratur.

Aristophanes locum Aeschyleum, Ag. 717–8

ἔθρεψεν δὲ λέοντος ἶ—
νιν* . . . .

in ridiculum vertisse videtur in Ran. 1431

οὐ χρὴ λέοντος σκύμνον ἐν πόλει τρέφειν.

Imaginem Troiae adhuc fumantis reddit Aeschylus in Ag. 818

καπνῷ δ' ἁλοῦσα νῦν εὔσημος πόλις.

Quem Euripides in Hec. 823

καπνὸν δὲ πόλεως τόνδ' ὑπερθρώσκονθ' ὁρῶ,

Hec. 1215

καπνῷ δ' ἐσήμην' ἄστυ πολεμίων ὕπο,

Tro. 7–8

εὔνοι' ἀπέστη τῶν ἐμῶν Φρυγῶν πόλει,
ἣ νῦν καπνοῦται . . . . . ,

Tro. 585–6

. . . οἰκτρὰ τύχα
πόλεος, ἃ καπνοῦται.

sequitur.

Quod de Agamemnone verbis translatis Aeschylus scripsit in Ag. 898–9

* Haec parodia si emendatio a Conington facta pro lectione codicum λέοντα σίνιν accepta erit plus virium habebit.

. . . μονογενὲς τέκνον πατρὶ,

καὶ γῆν φανεῖσαν ναυτίλοις παρ' ἐλπίδα,

id Euripides ad filium Agamemnonis in Andr. 891–2

ὦ ναυτίλοισι χείματος λιμὴν φανεὶς

'Αγαμέμνονος παῖ

transfert.

De etymologia Apollinis nominis mentionem faciunt Aeschylus in Ag. 1080–2

Ἄπολλον Ἄπολλον

ἀγυιᾶτ' ἀπόλλων ἐμός

ἀπώλεσας . . . .

atque Euripides in Fr. 781, 11–2

ὦ καλλιφεγγὲς Ἥλι' ὥς μ' ἀπώλεσας

καὶ τονδ' Ἀπόλλων δ' ἐν βροτοῖς ὀρθῶς καλῇ.

Euripides fortasse a versu Ag. 1231

τοιάδε τόλμα θῆλυς ἄρσενος φονεὺς

mutuatus est Iph. T. 621

αὐτὴ ξίφει θύουσα θῆλυς ἄρσενας.

Ad orationem permiram a Cassandra in Ag. 1256–94 habitam procul dubio Euripides respexit cum Cassandram suam item vaticinantem in Tro. 353–405 adumbravit. Se argumentum Aeschyli caedibus et sanguine quasi repletum corrigere velle Aeschylo occultius perstringendo in Tro. 361–2

ἀλλ' αὔτ' ἐάσω · πέλεκυν οὐχ ὑμνήσομεν,

ὃς εἰς τράχηλον τὸν ἐμὸν εἶσι χἀτέρων,

demonstrat.

Versus insignes Ag. 1264–8

τί δῆτ' ἐμαυτῆς . . . ἀντ' ἐμοῦ πλουτίζετε.

Euripides imitatus est in Andr. 1223

σκῆπτρα τ' ἐρρέτω τάδε,

et in Tro. 256–8

ῥῖπτε, τέκνον, ζαθέους

κλῇδας, ἀπὸ χροὸς ἐν-

δυτῶν στεφέων ἱεροὺς στολμούς

et in Tro. 451–4

ὦ στέφη . . . ὦ μαντεῖ' ἄναξ.

In *Troadibus* sicut in *Agamemnone* de Cassandra tractatur. Eorundum autem versuum parodia in Eq. 1250–1

ὦ στέφανε, χαίρων ἄπιθι, κεἴ σ' ἄκων ἐγὼ

λείπω · σὲ δ' ἄλλος τις λαβὼν κεκτήσεται

invenitur.

Aeschylus verbo θριγκόω per translationem in Ag. 1283

. . . ἄτας τάσδε θριγκώσων φίλοις

usurpat. Quem sequitur Euripides in Herc. Fur. 1280

παιδοκτονήσας δῶμα θριγκῶσαι κακοῖς,

et in Tro. 489

τὸ λοίσθιον δὲ θριγκὸς ἀθλίων κακῶν.

Eadem fere collocatio verborum est in Ag. 1389–90

κἀκφυσιῶν ὀξεῖαν αἵματος σφαγὴν
βάλλει μ' ἐρεμνῇ ψακάδι φοινίας δρόσου,

atque in Ant. 1238–9

καὶ φυσιῶν ὀξεῖαν ἐκβάλλει ῥοὴν
λευκῇ παρειᾷ φοινίου σταλάγματος.

Clytaemestra sese de caede Agamemnonis in Ag. 1417–8

ἔθυσεν αὑτοῦ παῖδα, φιλτάτην ἐμοὶ
ὠδῖν' . . . . .

purgare conatur. Eodem prope modo sed accuratius copiosiusque apud Sophoclem in El. 530–3

ἐπεὶ πατὴρ . . . ὥσπερ ἡ τίκτουσ' ἐγώ

causam dicit.

Fieri potest ut Ar. Fr. 187

πάσαις γυναιξὶν ἐξ ἑνός γέ του τρόπου
ὥσπερ παροψὶς μοιχὸς ἐσκευασμένος

parodia sit Ag. 1447

εὐνῆς παροψώνημα τῆς ἐμῆς χλιδῆς.

Aristophanes fortasse in Nub. 1366–7

ἐγὼ γὰρ Αἰσχύλον νομίζω πρῶτον ἐν ποιηταῖς,
ψόφου πλέων ἀξύστατον στόμφακα κρημνοποιόν

ad versum Ag. 1467 spectat ubi voces ἀξύστατον ἄλγος scriptae sunt.

Simili prorsus modo Clytaemestra in Ag. 1654–8 chorum et Aegisthum atque Iocasta in O. T. 634–8 Oedipum et Creontem inter se conciliare conantur.

Omnes posterae fabulae quae iisdem de rebus quas *Agamemnon* tractant ex illa fabula multa hauserunt. Praeterea etiam in tragoediis quarum argumenta multum ab *Agamemnone* abhorrent vestigia eius inveniuntur. Aristophanes *Agamemnone* irridenda atque etiam magis ad verbum proferenda plus testimoni praebet fabulam ex quo tempore primum docuit Aeschylus gratissimam notissimamque fuisse.

CAPUT IV

CHOEPHORI

Tot editores aliique viri doctissimi iam *Choephoros* cum *Electris* Sophoclis Euripidisque contulerunt ut mihi in animo sit et similitudine et dissimilitudine religionis morumque quae inter Aeschylum et ceteros poetas scaenicos apparent neglectis de verbis sententiisque similibus solis agere.

Aristophani gratias maximas agere debemus quod versus primos *Choephororum* nobis conservavit, namque e versibus Ran. 1125–8 et 1172–3 prologus tragoediae nostrae restitutus est.

Versus Choe. 7–8

> οὐ γὰρ παρὼν ᾤμωξα σὸν, πάτερ, μόρον
> οὐδ' ἐξέτεινα χεῖρ' ἐπ' ἐκφορᾷ νεκροῦ

secutus est Euripides in Alc. 768–9

> οὐδ' ἐξέτεινα χεῖρ' ἀποιμώζων ἐμὴν
> δέσποιναν . . . . .

Fieri potest ut Euripides in Alc. 512

> τί χρῆμα κουρᾷ τῇδε πενθίμῳ πρέπεις;

ad versus Choe. 17–18

> στείχειν ἀδελφὴν τὴν ἐμὴν πένθει λυγρῷ
> πρέπουσαν . . . . .

spectaverit. Aeschylus verbo quod est πρέπειν persaepe usus fortasse id in sermonem poetarum scaenicorum induxit.

Locutionem satis inusitatam Choe. 29–30 στολμοὶ πέπλων mutuatus est Euripides in Alc. 216

> καὶ μέλανα στολμὸν πέπλων,

Alc. 819

> μελαμπέπλους στολμούς τε . . .,

Andr. 148

> στολμόν τε χρωτὸς τόνδε ποικίλων πέπλων.

Vestigia totius illius loci quo repraesentat Aeschylus in Choe. 168–201 quomodo crinis Orestis inveniatur apud Sophoclem in El. 900–15 exstant. Verba enim βόστρυχον τετμημένον in Soph. El. 901 vocibus τομαῖον βόστρυχον in Choe. 168 respondent. Porro versum Choe. 173

> ἐχθροὶ γὰρ οἷς προσῆκε πενθῆσαι τριχί

aliquantum immutat Sophocles in El. 909

> τῷ γὰρ προσήκει πλήν γ' ἐμοῦ καὶ σοῦ τόδε.

Denique inter versus Choe. 192–4

> ἐγὼ δ' ὅπως μὲν ἄντικρυς τάδ' αἰνέσω,

εἶναι τόδ' ἀγλάϊσμα μοι τοῦ φιλτάτου,

βροτῶν Ὀρέστου · . . . .

et Soph. El. 907–8

καὶ νῦν θ' ὁμοίως καὶ τότ' ἐξεπίσταμαι

μή του τόδ' ἀγλάϊσμα πλὴν κείνου μολεῖν.

similitudo insignis est.

Locum Aeschyleum per iocum detorquet Aristophanes in Nub. 534–6

νῦν οὖν Ἠλέκτραν κατ' ἐκείνην ἥδ' ἡ κωμῳδία

ζητοῦσ' ἦλθ', ἤν που 'πιτύχῃ θεαταῖς οὕτω σοφοῖς ·

γνώσεται γάρ, ἤνπερ ἴδῃ, τἀδελφοῦ τὸν βόστρυχον.

Vox πλημμυρίς per translationem usurpata Choe. 186

σταγόνες ἄφαρκτοι δυσχίμου πλημμυρίδος,

iteratur Alc. 184

ὀφθαλμοτέγκτῳ δεύεται πλημμυρίδι.

Verrall* satis scite coniecit verba translata in Choe. 204

σμικροῦ γένοιτ' ἂν σπέρματος μέγας πυθμήν

fontem esse posse somni Clytaemestrae in Soph. El. 419–23

εἶτα τόνδ' ἐφέστιον . . . τὴν Μυκηναίων χθόνα.

Difficilimum autem mea quidem sententia est demonstrare haec duo somnia ullo modo inter se coniungi.

Sophocles fortasse in El. 879–80

. . . κἀπὶ τοῖς

σαυτῆς κακοῖσι κἀπὶ τοῖς ἐμοῖς γελᾷς ;

versum Choe. 222

ἀλλ' ἐν κακοῖσι τοῖς ἐμοῖς γελᾶν θέλεις

sequitur.

Quomodo Euripides de scaena in qua Aeschylus expressit qua ratione Electra fratrem agnoverit iudicarit non de singulis signis disputavi ; nunc autem totam rem tractare mihi in animo est. Apud Euripidem cum vetus servus Electram admonet ut crinem quem prope tumulum Agamemnonis nactus est cum crinibus suis conferat—quod est primum signum Aeschyleum—respondet haec in El. 524–31

οὐκ ἄξι' ἀνδρός, ὦ γέρον, σοφοῦ λέγεις,

εἰ κρυπτὸν εἰς γῆν τήνδ' ἂν Αἰγίσθου φόβῳ

δοκεῖς ἀδελφὸν τὸν ἐμὸν εὐθαρσῆ μολεῖν.

ἔπειτα χαίτης πῶς συνοίσεται πλόκος,

ὃ μὲν παλαίστραις ἀνδρὸς εὐγενοῦς τραφείς,

ὃ δὲ κτενισμοῖς θῆλυς ; ἀλλ' ἀμήχανον.

* Cf. adnotationem ad Choe. 203.

πολλοῖς δ' ἂν εὕροις βοστρύχους ὁμοπτέρους
καὶ μὴ γεγῶσιν αἵματος ταὐτοῦ, γέρον.

Deinde senex Electrae ut vestigia hominis ignoti suis pedibus metiatur persuadere est conatus. Ad haec Electra respondet in El. 534–7

πῶς δ' ἂν γένοιτ' ἂν ἐν κραταιλέῳ πέδῳ
γαίας ποδῶν ἔκμακτρον; εἰ δ' ἔστιν τόδε,
δυοῖν ἀδελφοῖν πούς ἂν οὐ γένοιτ' ἴσος
ἀνδρός τε καὶ γυναικός, ἀλλ' ἄρσην κρατεῖ.

Postremo cum senex Electram rogat num quid vestimenti Oresti texuerit quo eum agnoscere possit illa respondet in El. 541–4

οὐκ οἶσθ', Ὀρέστης ἡνίκ' ἐκπίπτει χθονός,
νέαν μ' ἔτ' οὖσαν; εἰ δὲ κἄκρεκον πέπλους,
πῶς ἂν τότ' ὢν παῖς ταὐτὰ νῦν ἔχοι φάρη,
εἰ μὴ ξυναύξοινθ' οἱ πέπλοι τῷ σώματι;

Quid re vera Euripides hoc loco significare velit vehementer disputant inter se viri doctissimi. Ad Gilbert Murray et Verrall qui opiniones omnino inter se diversas habent spectans equidem disputabo. Murray* quidem ab omnibus prioribus editoribus summo cum studio dissentit, namque Electram animo fingit non ob rationem sed ob pavorem signa reiecisse cum credere Orestem adesse non audeat, quod enim si aliter evenerit timet ne hac spe depulsa etiam gravioribus doloribus quam antea afficiatur. Signis autem ab Aeschylo usurpatis Euripidem quoque usum esse quod, sive ab Aeschylo ipso seu ab alio quodam poeta prisco, fortasse Stesichoro, ea essent excogitata, arte in ingenio fabulae iam tum haereant. Praeterea negat Murray praeter omnes normas poeticas Euripidem magistrum suum increpare potuisse neque ullum in tragoedia Graeca rei tam turpis exemplum invenire posse affirmat.

Verrall† autem affirmat Euripidem consulto rationem Aeschyleam improbare atque tribus e rebus constare Euripidem ad locum *Choephororum* spectasse. Primum vocem alienam in El. 530 ὁμόπτερος a versu Choe. 174

καὶ μὴν ὅδ' ἐστὶ καρτ' ἰδεῖν ὁμόπτερος

desumptum esse quem locum satis apte decet. Deinde Euripidem in El. 520

* Cf. adnotationes quas *Electrae* anglice conversae addidit Murray pagg. 89–90.

† Cf. prooemium editionis Choe. xxxvii–xl.

σκέψαι δὲ χαίτην προστιθεῖσα σῇ κόμῃ,

versum Choe. 229

σκέψαι τομῇ προσθεῖσα βόστρυχον τριχὸς

imitari. Postremo quibus signis dicat servus si Orestes revertisset sororem eum agnoscere posse, crinibus, vestigiis, vestimento eadem esse ipsa quibus in *Choephoris* Electra eum agnoscere possit. Deinde Verrall Euripidem quod magistrum suum reprehendit purgare hunc ad modum conatur. Euripides, inquit, errorem vel incuriam Aeschyli quod aetate defessus sit excusat. Hanc defensionem per ambages significat Euripides cum eum qui inventa contempta profert senem aetate confectum neque omnino mentis compotem reddat.

Nunc tandem opiniones duorum istorum virorum doctissimorum accuratius inspiciamus. Haud iniucunde quidem coniecit Murray Electram signa ob pavorem reicere, sed haec coniectura non in indolem Electrae Euripideae quadrare videtur, non enim erat mulier quae ad pavorem propensa esset. Adde huc si Euripides adumbrare Electram secum contendentem ne Orestem revertisse sibi persuadeatur vult cur, quaeso, non talem mentis perturbationem vel per ambages significat? Pro animo motibus diversis vexato mentem prorsus rationis compotem videmus. Quod deinde Murray demonstrare conatur Euripidem tria Aeschyli signa secutum esse cum ista signa a norma scaenica minime distent falso agere videtur. Euripides enim non semper praeceptis scaenicis parebat sed potius sua sponte ab iis saepe discedebat. Itaque si non in animo ei Aeschylum improbare fuisset mente profecto comprehendisset spectatores, qui procul dubio *Choephoros* pernoverunt se munere critici fungi belle existimaturos esse et signa inusitata ad Aeschylum contemnendum excogitavisset. Accedit quod etsi nullo alio in loco Euripides aliquid tantopere contra omnes normas poeticas scripsit sin autem priores interpretationes rectae fuerunt in *Phoenissis* atque iterum in *Troadibus* rationem Aeschyleam reprehendit. Ut rem totam uno verbo comprehendam, quotiens Euripides eandem rem quam Aeschylus tractat, non discipulus pius sed potius corrector inimicus negotium suscipit. Utrum contra praecepta scaenica tragoedia loco disputationis quomodo debeat scribere tragoedias usus sit Euripides necne non mihi in animo est indagare. Cum tamen criticus tam acer eruditusque quam Murray criminationem in fabula *Electra* non animadvertat Euripides vix omnino contra normam scaenicam fecisse videtur.

Praeterea si Euripides de ratione Aeschyli inimice agebat spectatores Athenienses profecto multo magis *Ranis* gaudebant quam si Aristophanes inimicitiam Aeschyli et Euripidis ipse per se finxerat.

Omnibus rebus vero consideratis opinio qua Verrall demonstrare conatur magis quam Murray mihi quidem placet, interpretatio autem quomodo Euripides Aeschylum defenderit aliquanto persubtilis videtur.

Supplicationem quam Agamemnoni faciunt liberi eius in Choe. 456–510 imitati sunt Sophocles in El. 110–7, 453–5 et Euripides in El. 677–82, Or. 1225–40. Sententiae *Choephororum* ceterarumque fabularum potius quam voces ipsae similes sunt sed Euripides in Or. 1238

οὔκουν ὀνείδη τάδε κλύων ῥύσει τέκνα

versum Choe. 495

ἆρ' ἐξεγείρει τοῖσδ' ὀνείδεσιν, πάτερ ;

diligenter imitatur.

Fieri potest ut Sophocles versus Choe. 577–8

φόνου δ' Ἐρινὺς οὐχ ὑπεσπανισμένη
ἄκρατον αἷμα πίεται τρίτην πόσιν.

sequatur in El. 784–6

. . . ἥδε γὰρ μείζων βλάβη
ξύνοικος ἦν μοι, τοὐμὸν ἐκπίνουσ' ἀεὶ
ψυχῆς ἄκρατον αἷμα . . . . .

Sophocles in Ant. 334

πολλὰ τὰ δεινὰ κοὐδὲν ἀνθρώπου δεινότερον πέλει

ad canticum Choe. 585–98 et praesertim versum 585

πολλὰ μὲν γᾶ τρέφει δεινὰ δειμάτων ἄχη,

respexisse videtur. Ab eodem carmine fortasse mutuatus est Euripides Fr. 1059, 1–4

δεινὴ μὲν ἀλκὴ . . . ὡς γυνὴ κακόν·

Translatio in Choe. 647

προχαλκεύει δ' Αἶσα φασγανουργός·

in Ai. 1034–5 repetitur.

Sophocles sententiam Choe. 886–7

τὸν ζῶντα καίνειν τοὺς τεθνηκότας λέγω.
οἲ 'γώ. ξυνῆκα τοὔπος ἐξ αἰνιγμάτων

sequitur in Ai. 1027

ἔμελλέ σ' Ἕκτωρ καὶ θανὼν ἀποφθίσειν,

Trach. 1163

. . . οὕτω ζῶντά μ' ἔκτεινεν θανών,

El. 1477–9

οὐ γὰρ αἰσθάνει . . . ξυνῆκα τοὔπος.

Eadem ironia apud Euripidem in El. 1144–5

. . . νυμφεύσει δὲ κἂν Ἅιδου δόμοις
ᾧπερ ξυνηῦδες ἐν φάει . . . .

atque apud Aeschylum in Choe. 894–5

φιλεῖς τὸν ἄνδρα; τοίγαρ ἐν ταὐτῷ τάφῳ
κείσει

et in Choe. 906–7

τούτῳ θανοῦσα συγκάθευδ', ἐπεὶ φιλεῖς
τὸν ἄνδρα τοῦτον,

invenitur.

Orestes punctum temporis in Choe. 899

Πυλάδη, τί δράσω; μητέρ' αἰδεσθῶ κτανεῖν;

et item apud Euripidem in El. 967

τί δῆτα δρῶμεν μητέρ'; ἦ φονεύσομεν;

cunctatur.

Eodem fere modo sese non solam caedis Agamemnonis ream esse affirmat Clytaemestra apud Sophoclem in El. 528

ἡ γὰρ Δίκη νιν εἷλεν, οὐκ ἐγὼ μόνη,

atque in Choe. 910

ἡ Μοῖρα τούτων, ὦ τέκνον, παραιτία.

Cantica Choe. 935–72 et Sophoclis El. 1384–97 haud magnopere inter se differunt. Quin etiam Sophocles vel de industria vel forte fortuna modum Aeschyleum hoc loco induit.

Versus Choe. 938–9

ἔμολε δ' ἐς δόμον τὸν 'Αγαμέμνονος
διπλοῦς λέων, διπλοῦς Ἄρης

imitatur Euripides in Or. 1400–1

ἦλθον δόμους, ἵν' αὔθ' ἕκαστά σοι λέγω,
λέοντες Ἕλλανες δύο διδύμω·

et in Or. 1554–5

ἥκω κλύων τὰ δεινὰ καὶ δραστήρια
δισσοῖν λεόντοιν· . . . .

Fieri potest ut versus Sophocles El. 70

δίκῃ καθαρτὴς πρὸς θεῶν ὡρμημένος

a Choe. 941

θεόθεν εὖ φραδαῖσιν ὡρμημένος

desumptus sit.

Euripides fortasse versum Choe. 975

σεμνοὶ μὲν ἦσαν ἐν θρόνοις τόθ' ἥμενοι

imitatus est in Andr. 699

σεμνοὶ δ' ἐν ἀρχαῖς ἥμενοι κατὰ πτόλιν

Itaque hac a disputatione constat paucas quidem fabulas a *Choephoris* mutuatas esse, permultas autem res Aeschylo debere. Exordium igitur fabulae, quod de piaculis mortuorum agit, multam materiam *Alcesti* praebet atque ad totum argumentum *Choephororum* spectaverunt Sophocles Euripidesque cum scribebant alter *Electram* suam, alter *Electram* et *Orestem*. *Choephori* et *Electra* Sophoclis artius quam ullae aliae fabulae inter se cohaerent quod Euripides ratione nova et inusitata usus *Electram* suam aliquantum ceteris a fabulis Graecis seiunxit. Perpaucae autem parodiae *Choephororum* apud Aristophanem sunt; quod ad *Choephoros* quidem attinet, criticum eius munus Euripides ad tempus occupasse videtur.

CAPUT V.

EUMENIDES.

Lectores recentiores fabulam ultimam trilogiae Oresteae et imprimis partem secundam prorsus deteriorem *Agamemnone Choephoris*que esse censere videntur. Itaque interest ut vestigiis eius posteris in fabulis quaesitis inspiciamus num critici prisci idem iudicium adhibeant. Euripides quidem in *Iphigenia Taurica, Electra, Oreste* iudicium quod apud Areopagum habitum est tractat qua de causa exspectamus his sane in fabulis vestigia *Eumenidum**.

Versimile videtur Euripidem in Tro. 89

ἀκταὶ δὲ Μυκόνου Δήλιοι τε χοιράδες

versum Eum. 9

λιπὼν δὲ λίμνην Δηλίαν τε χοιράδα

secutum esse.

Versus Euripides El. 1254–5

ἐλθὼν δ' Ἀθήνας Παλλάδος σεμνὸν βρέτας
πρόσπτυξον ·

ab Eum. 79–80

. . . μολὼν δὲ Παλλάδος ποτὶ πτόλιν
ἵζου παλαιὸν ἄγκαθεν λαβὼν βρέτας

desumuntur.

Fieri potest ut Euripides in Iph. A. 932

. . . ὦ παθοῦσα σχέτλια πρὸς τῶν φιλτάτων

ad versum Eum. 100

* Cf. infra, p. 33.

παθοῦσα δ' οὕτω δεινὰ πρὸς τῶν φιλτάτων

spectaverit.

Vox ἧπαρ quae apud Aeschylum in Eum. 135

ἄλγησον ἧπαρ ἐνδίκοις ὀνείδεσι· ,

Ag. 432

πολλὰ γοῦν θιγγάνει πρὸς ἧπαρ,

Ag. 792

οὐδὲν ἐφ' ἧπαρ προσικνεῖται,

primum pro animo usurpatur postea saepe hanc vim habet; confer Ai. 938

χωρεῖ πρὸς ἧπαρ, οἶδα, γενναία δύη

et Euripidis Suppl. 599

ὥς μοι ὑφ' ἥπατι δεῖμα χλοερὸν ταράσσει.

Euripides forsitan in Iph. T. 711

ἡμᾶς δ' ὁ Φοῖβος μάντις ὢν ἐψεύσατο

versum Eum. 615

. . . μάντις ὢν δ' οὐ ψεύσομαι

ab Apolline praedicatum culpet.

Sententiam insolitam in Eum. 658–61

οὐκ ἔστι μήτηρ ἡ κεκλημένου τέκνου
τοκεύς, τροφὸς δὲ κύματος νεοσπόρου.
τίκτει δ' ὁ θρώσκων, ἡ δ' ἅπερ ξένῳ ξένη
ἔσωσεν ἔρνος,

et in Eum. 736–8

μήτηρ γὰρ . . . εἰμὶ τοῦ πατρός.

imitatus est Euripides in El. 1103

. . . οἱ μέν εἰσιν ἀρσένων,

Or. 552–4

πατὴρ μὲν ἐφύτευσεν . . . οὐκ εἴη ποτ' ἄν. ,

Fr. 1064, 6–7

κείνου γὰρ ἐξέβλαστον· οὐδ' ἂν εἷς ἀνὴρ
γυναικὸς αὐδήσειεν, ἀλλὰ τοῦ πατρός.

Totum argumentum iudici absolutionisque Orestis quod Aeschylus nobis in Eum. 566–753 praebet Euripides breviter summatimque in Iph. T. 961–7, 1469–72, El. 1254–72, Or. 1648–52 describet exprimitque.

Idem fere ius iurandum apud Euripidem in Suppl. 1191–5

ὁ δ' ὅρκος ἔσται . . . πρόστρεπ' Ἀργείων χθόνα

atque in Eum. 762–6

ἐγὼ δὲ χώρᾳ . . . εὖ κεκασμένον δόρυ

inest.

Aristophanes exodium Eum. et praesertim versus 1041–7

δεῦρ' ἴτε . . . νῦν ἐπὶ μολπαῖς

per iocum detorquet in Ran. 1524–7

φαίνετε τοίνυν . . . μολπαῖσιν κελαδοῦντες.

Utrumque canticum iudicio absoluto cantatur.

Aristophanes sane in Plut. 422–5

σὺ δ' εἶ τίς; ὠχρὰ μὲν γὰρ εἶναί μοι δοκεῖς.
ἴσως Ἐρινύς ἐστιν ἐκ τραγῳδίας·
βλέπει γέ τοι μανικόν τι καὶ τραγῳδικόν.
ἀλλ' οὐκ ἔχει γὰρ δᾷδας . . . .

ad *Eumenides* ceterasque fabulas huiusmodi generis spectat.

Quae cum ita sint, exceptis paucis narrationibus iudici Orestis quas Euripides ab Aeschylo mutuatus est nulla fere vestigia *Eumenidum* ceteris in superstitibus fabulis atque haud ita multae parodiae apud Aristophanem apparent.*

CAPUT VI

PERSAE

Tragoediarum superstitum *Persae* quae sola de rebus gestis, non fictis, agit ita ceteris a fabulis distat ut non multa eius vestigia exspectemus. Narratio paene epica quae demonstrat quomodo Graeci Persas ad Salamina funditus everterint minime arte cum fabulis de gente Labdaci Pelopisque coniungitur. Qua de causa poetae posteri rebus sane quas Aeschylus in *Persis* praebet haud ita saepe superstitibus in fabulis uti potuerunt. Sed etsi similitudines ad argumentum in universum inter *Persas* ceterasque fabulas spectantes desunt, singulas tamen res reperimus quas Sophocles, Euripides, Aristophanes a *Persis* desumpserunt.

Sententiam Pers. 135

λέκτρα δ' ἀνδρῶν πόθῳ πίμπλαται δακρύμασιν·

sequitur Euripides in Alc. 183–4

. . . πᾶν δὲ δέμνιον
ὀφθαλμοτέγκτῳ δεύεται πλημμυρίδι.

Teste scholiasta ad Pers. 181

ἐδοξάτην μοι δύο γυναῖκ' εὐείμονε,

Sophocles Fr. 1018

ἐδοξάτην μοι τὼ δύ' ἠπείρω μολεῖν.

ab isto versu Aeschyleo mutuatur. Nauck autem satis apte

* Cf. supra p. 31.

coniecit fragmentum a comico potius quodam poeta scriptum esse, namque parodia, non imitatio, esse videtur.

Sententia Pers. 241–2

ΑΤ. τίς δὲ ποιμάνωρ ἔπεστι κἀπιδεσπόζει στρατῷ;
ΧΟ. οὔτινος δοῦλοι κέκληνται φωτὸς οὐδ' ὑπήκοοι

ab Euripide in Suppl. 399–408 usurpatur

τίς γῆς τύραννος; . . . ἀλλὰ χὠ πένης ἔχων ἴσον.

His in locis Athenienses de institutis suis liberis et popularibus gloriantur.

Versum Pers. 250

. . . καὶ πολὺς πλούτου λιμήν,

imitatus est Euripides in Or. 1077

. . . καὶ μέγας πλούτου λιμήν.

Fieri potest ut locutio Pers. 378

. . . πᾶς ἀνὴρ κώπης ἄναξ

origo fuerit Cycl. 86

κώπης τ' ἄνακτας . . . . ,

Hel. 1039–40

. . . οἵτινες τετραζύγων
ὄχων ἀνάσσουσ'. . . . ,

Eur. Fr. 705

κώπης ἀνάσσων . . . .

Idem appositum vocis diei quo Aeschylus utitur in Pers. 386–7

ἐπεί γε μέντοι λευκόπωλος ἡμέρα
πᾶσαν κατέσχε γαῖαν εὐφεγγὴς ἰδεῖν

usurpat Sophocles in Ai. 672–3

ἐξίσταται δὲ νυκτὸς αἰανὴς κύκλος
τῇ λευκοπώλῳ φέγγος ἡμέρᾳ φλέγειν.

Vestigia Pers. 397

ἔπαισαν ἅλμην βρύχιον ἐκ κελεύματος,

haud tam perspicua in versibus Iph. T. 1390–1

οἱ δὲ στεναγμὸν ἡδὺν ἐκβρυχώμενοι
ἔπαισαν ἅλμην . . . .

inesse videntur.

Eaedem voces quae sunt ῥεῦμα στρατοῦ in Pers. 412 atque ni Iph. T. 1437 reperiuntur.

Iterum in Iph. T. 110

ὅταν δὲ νυκτὸς ὄμμα λυγαίας μόλῃ,

Euripides in Pers. 428

ἕως κελαινῆς νυκτὸς ὄμμ' ἀφείλετο

est secutus.

Forsitan parodia Pers. 463

παίουσι, κρεοκοποιοῦσι δυστήνων μέλη,

in versibus Cycl. 359

. . . κρεοκοπεῖν μέλη ξένων

lateat.

Iam nonnulla inter *Persas* et *Iphigeniam Tauricam* similia repperimus sed simillimi sunt versus Pers. 606–22 et Iph. T. 156–71. Utroque enim in loco dirum ob somnium dona ad inferos feruntur. At in *Persis* Atossa de rebus adversis nuntiis acceptis hoc quoque stimulo impellitur. Accedit quod voces ἃ νεκροῖς θελκτήρια χεῖται in Iph. T. 166 vocibus ἅπερ νεκροῖσι μειλικτήρια Pers. 610, πηγάς τ' οὐρείων ἐκ μόσχων in Iph. T. 162 βοός τ' ἀφ' ἁγνῆς λευκὸν εὔποτον γάλα Pers. 611, denique ξουθᾶν τε πόνημα μελισσᾶν in Iph. T. 165 τῆς τ' ἀνθεμουργοῦ στάγμα, παμφαὲς μέλι Pers. 612 respondent.

Cuius eiusdem loci Aeschylei vestigia plura in Iph. T. 633–5.

ξανθῷ τ' ἐλαίῳ σῶμα σὸν κατασβέσω
καὶ τῆς ὀρείας ἀνθεμόρρυτον γάνος
ξουθῆς μελίσσης εἰς πυρὰν βαλῶ σέθεν

invenimus, ubi verbis ξανθῷ ἐλαίῳ Euripides locutionem Aeschyleam ξανθῆς ἐλαίας in Pers. 617 imitatur atque vocibus στάγμα τῆς ἀνθεμουργοῦ Pers. 613 cum γάνος ἀμπέλου Pers. 616 coniunctis exhibet ἀνθεμόρρυτον γάνος ξουθῆς μελίσσης.

Versus Pers. 661–2 et 671

βασιλείου τιάρας φάλαρον πιφαύσκων
βάσκε πάτερ ἄκακε Δαριάν

irridet Aristophanes in Av. 486–7

διὰ ταῦτ' ἄρ' ἔχων καὶ νῦν ὥσπερ βασιλεὺς ὁ μέγας διαβάσκει
ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τὴν κυρβασίαν τῶν ὀρνίθων μόνος ὀρθήν.

Versum Pers. 827

Ζεύς τοι κολαστὴς τῶν ὑπερκόπων ἄγαν

imitatus est Euripides in Heracl. 388

ὁ Ζεὺς κολαστὴς τῶν ἄγαν ὑπερφρόνων.

Viri doctissimi de versibus Ran. 1026–9

Α. εἶτα διδάξας Πέρσας μετὰ τοῦτ' ἐπιθυμεῖν ἐξεδίδαξα
νικᾶν ἀεὶ τοὺς ἀντιπάλους, κοσμήσας ἔργον ἄριστον.
Δ. ἐχάρην γοῦν, ἡνίκ' ἤκουσα περὶ Δαρείου τεθνεῶτος,
ὁ χόρος δ' εὐθὺς τὼ χεῖρ' ὡδὶ συγκρούσας εἶπεν ' ἰαυοῖ '.

incerti haerent, namque in fabula *Persis* quae hodie exstat chorus nusquam manus complodens dicit ἰαυοῖ ac *Persas* ante *Septem contra Thebas* docuit Aeschylus. Sunt qui censeant voces εἶτα . .

μετὰ τοῦτο ad ordinem argumenti ac rei, non temporis, spectare. Alii autem coniciunt fabulam *Persas* bis editam esse neque Aristophanem ad nostram editionem respicere. Mihi quidem opiniones interpretationesque omnes indaganti verisimillimum videtur Aristophanem ordine temporis et verbis ipsis poetae neglectis obiter tantum hos *Ranarum* versus scripsisse.

De *Persis* igitur dignissimum mentione est quod tam arte cum *Iphigenia Taurica* coniungitur. Cur hae duae fabulae, quarum alter res gestas temporis praesentis, alter sortem ultimam Iphigeniae tractat, inter se similes sint minime constat. Dubitari autem non potest quin Euripides nuper *Persas* aut spectasset aut legisset cum *Iphigeniam Tauricam* scriberet.

CAPUT VII

SUPPLICES

Textus noster *Supplicum* tam graviter corruptus est ut pauciora vestigia eius quam ullae aliae fabulae Aeschyleae exstent. Nihilominus textus sic vitiatus est, argumentum comperire possumus. Aeschylus puellas supplices adumbrat quae omni fere spe sublata arae adhaerent, immo vero non multum abest quin a praecone aspero superboque inde deripiantur. Quem Euripides in *Supplicibus Heraclidisque* et minus diligenter Sophocles in *Oedipo Coloneo* secuti sunt. Apud Aeschylum rex agitatus cum neque cives suos bello neque aram Iovis scelere laedere velit deum tandem hominibus praefert. Sic Demiphon Euripideus et Theseus paulisper utrum bellum suscipiant necne haerent sed tandem meliora secuti praecones superbos minaciter dimittunt. Theseus Sophocleus et ipse contra Creontem pro Oedipo libenter contendit. Sic igitur de fabula *Supplicibus* argumenta a posteris poetis scaenicis desumpta sunt.

Vestigia *Supplicum* in Phoen. 676–81 inveniuntur ubi Euripides obsecrationem quae Ioni Suppl. 41–44 redditur secutus est. Voces Διὸς γένεθλον Phoen. 678 respondent Δῖον πόρτιν in Suppl. 42 et ἐκάλεσα—ἐκάλεσα in Phoen. 679 ἐπικεκλομένα Suppl. 41. Re vera autem obsecratio Danaides magis quam Phoenissas decet.

Eadem collocatio verborum in Hipp. 363

τυράννου πάθεα μέλεα θρεομένας

ac in Suppl. 111

τοιαῦτα πάθεα μέλεα θρεομένα δ' ἐγώ

esse videtur, etsi hoc in loco, ne nimis audacter dicamus, cavere debemus namque textus *Supplicum* hic graviter est corruptus.

Verisimile videtur in loco qualis est Suppl. 254–9, ubi rex imperium suum definit, Aeschylum studium illud finium propagandarum exprimere quod, cum scribebat poeta noster atque Graeci contra Persas certabant, plurimum valebat. Tales ad locos Euripides in Alc. 590–6, ubi chorus fines imperi Admeti commemorat, spectat.

Eadem fere est sententia Heracl. 165–8

ἢ κακὸν λόγον . . . εἰς ἄντλον ἐμβήσει πόδα

ac Suppl. 476–7

πῶς οὐχὶ τἀνάλωμα γίγνεται πικρὸν,
ἄνδρας γυναικῶν οὕνεκ' αἱμάξαι πέδον.

Similitudo satis insignis discerni potest inter Suppl. 666

καὶ γεραροῖσι πρεσβυτοδόκοι γεμόντων θυμέλαι φλεγόντων

et Eur. El. 712–3

χοροὶ δ' Ἀτρειδᾶν ἐγέραιρον οἴκους·
θυμέλαι δ' ἐπίτναντο

Neque enim verbum θυμέλη nec vocabulum γεραίρω usitatius est. Qua de causa Euripides vel ex industria vel insciens locum Aeschyleum imitari videtur.

Forsitan Aristophanes versus Suppl. 780–1.

μέλας γενοίμαν καπνὸς νέφεσι γειτονῶν Διός·
τὸ πᾶν δ' ἄφαντος ἂμ πνοαῖς διψὰς ὡς κόνις ἄτερθε πτερύγων ὀροίμαν

irrideat in Vesp. 323–4

ἀλλ' ὦ Ζεῦ <Ζεῦ> μέγα βροντήσας
ἤ με ποίησον καπνὸν ἐξαίφνης.

Supplices et *Heraclidae* artissime inter se cohaerent in locis qui diverbium regis et praeconis reddunt, vide Suppl. 909–65 et. Heracl. 235–84. Hic apud utrumque auctorem eadem fere verba invenimus. Itaque Euripides in Heracl. 270

κλαίων ἄρ' ἅψει τῶνδε κοὐκ ἐς ἀμβολάς

procul dubio versum Suppl. 925

κλάοις ἂν, εἰ ψαύσειας, οὐ μάλ' ἐς μακράν.

est secutus.

Quod textus noster vitiatus est non sola est causa cur tam multo plura vestigia *Promethei* quam *Supplicum* posteros apud poetas exstent. Verisimile enim videtur cum Sophocles et Euripides scriberent *Supplices*, sicut nunc, minus notas gratasque ceteris fabulis Aeschyleis fuisse. Eius tamen fabulae solius Aeschyleae argumentum a posteris poetis scaenicis desumptum est. Per-

paucae sunt parodiae *Supplicum* superstitibus in comoediis Aristophanis sed fieri potest ut *Danaides* fabulam Aeschyleam irriserint.

CAPUT VIII

FRAGMENTA

Cum reliquiae fabularum Aeschylearum brevissimae sint, haud magnopere disputationi meae prosunt. Aristophanes tamen pluribus proferendis plane demonstrat quatenus fabulas Aeschyli cognoverit.

Fr. 38

ἐφ' ἅρματος γὰρ ἅρμα καὶ νεκρῷ νεκροί,
ἵπποι δ' ἐφ' ἵπποις ἦσαν ἐμπεφυρμένοι

secutus est Euripides in Phoen. 1194-5

τροχοί τ' ἐπήδων ἄξονές τ' ἐπ' ἄξοσι,
νεκροὶ δὲ νεκροῖς ἐξεσωρεύονθ' ὁμοῦ

et versum primum huius fragmenti affert Aristophanes quoque in Ran. 1403.

Fr. 60

τίς ποτ' ἔσθ' ὁ μουσόμαντις ἄλλο ἀβρατεὺς ὃν σθένει

in ludibrium vertit Aristophanes in Av. 276

τίς ποτ' ἔσθ' ὁ μουσόμαντις ἄτοπος ὄρνις ἀβροβάτης;

Fr. 61

ποδαπὸς ὁ γύννις; τίς πάτρα; τίς ἡ στολή;

affert Aristophanes in Thesm. 136 et fortasse irridet in Ran. 47.

τίς ὁ νοῦς; τί κόθορνος καὶ ῥόπαλον ξυνηλθέτην;

Fr. 84 idem profert quoque

τὸ συγκλινές τ' ἐπ' Αἴαντι,

in Ran. 1294; Fr. 87

εὐφαμεῖτε μελισσονόμοι δόμον Ἀρτέμιδος πέλας οἴγειν

in Ran. 1274; Fr. 131, 1

τάδε μὲν λεύσσεις, φαίδιμ' Ἀχιλλεῦ

in Ran. 992; Fr. 132

Φθιῶτ' Ἀχιλλεῦ, τί ποτ', ἀνδροδάικτον ἀκούων
ἰὴ κόπον, οὐ πελάθεις ἐπ' ἀρωγάν;

in Ran. 1264. Versus secundus in Ran. 1267, 1271, 1275, 1277 intercalaris inseritur.

Voces quae sunt ξουθὸς ἱππαλεκτρυών in Fr. 134 per iocum in Pac. 1177, Av. 800, Ran. 932 afferuntur. Aristophanes in Ran. 937

οὐχ ἱππαλεκτρυόνας μὰ Δί' οὐδὲ τραγελάφους

irridet Fr. 134 et τραγέλαφος Fr. 444 ac vocabulo ἱπποκάνθαρος in Pac. 181 usurpato fortasse ad verba modo inusitato ut ἱππαλεκτρυών ab Aeschylo iuncta spectat.

Fr. 138

'Αντίλοχ' ἀποίμωξόν με τοῦ τεθνηκότος
τὸν ζῶντα μᾶλλον. τἀμὰ γὰρ διοίχεται

ab Aristophane in Eccles. 392-3

'Αντίλοχ' ἀποίμωξόν με τοῦ τριωβόλου
τὸν ζῶντα μᾶλλον. τἀμὰ γὰρ διοίχεται

irridetur.

Fr. 139, 4

τάδ' οὐχ ὑπ' ἄλλων, ἀλλὰ τοῖς αὑτῶν πτεροῖς

affert Aristophanes in Av. 808.

Fr. 140

ὅπλων ὅπλων δεῖ

cavillans immutat Aristophanes in Av. 1420

πτερῶν πτερῶν δεῖ · . . .

Fr. 160

καὶ δόμους 'Αμφίονος
καταιθαλώσω πυρφόροισιν αἰετοῖς

Aristophane in Av. 1247-8 profertur.

Fr. 161, 1

μόνος θεῶν γὰρ Θάνατος οὐ δώρων ἐρᾷ

laudat Aristophanes in Ran. 1392.

Quamquam de origine Ran. 1344

Νύμφαι ὀρεσσίγονοι

dissentiunt editores, sunt qui censeant hunc versum a *Xantriis* Aeschyli Fr. 168, 1-2

ὀρεσσιγόνοισι
Νύμφαις . . . .

desumptum esse.

Parodia Fr. 174

δέσποινα πεντήκοντα Νηρῄδων κορᾶν

in Ach. 883

πρέσβειρα πεντήκοντα Κωπᾴδων κορᾶν,

inest.

Sophocles sane in Fr. 140 ad Fragmentum Aeschyli 180 spectavit.

Fr. 201

ἐχθροῦ πατρός μοι τοῦτο φίλτατον τέκνον

Aristophanes in Lysis. 889

ὦ γλυκύτατον σὺ τεκνίδιον κακοῦ πατρός

per ludum detorquere videtur.

Fr. 236

Σφίγγα δυσαμεριᾶν πρύτανιν κύνα

in Ran. 1287 ; Fr. 238

κύδιστ' Ἀχαιῶν Ἀτρέως πολυκοίρανε μάνθανέ μου παῖ

in Ran. 1270 ; Fr. 249

Σπερχειὲ ποταμὲ βουνόμοι τ' ἐπιστροφαί

in Ran. 1383 proferuntur.

Euripides diligenter *Philoctetem* Aeschyleum Fr. 253

φαγέδαιν' ἀεί μου σάρκας ἐσθίει ποδός

in *Philoctetae* suae Fragmento 792

φαγέδαιν' ἀεί μου σάρκα θοινᾶται ποδός.

sequitur.

Fr. 273

Ἑρμᾶν μὲν πρόγονον τίομεν γένος οἱ περὶ λίμναν

profertur in Ran. 1266.

Fr. 282

κυρεῖν παρασχὼν ἰταμαῖς κυσὶν ἀεροφοίτοις

affert Aristophanes in Ran. 1291.

Fr. 363

ὀξυγλύκειάν τἄρα κοκκιεῖς ῥόαν

ab Aristophane in Fr. 610 laudatur.

Fr. 371

ὦ Κραναὰ πόλις

affert Aristophanes in Ach. 75.

Vox γρυπαίετος, quae in Fr. 422 apparet in Ran. 929

γρυπαέτους χαλκηλάτους καὶ ῥήμαθ' ἱππόκρημνα

irridetur.

Scholiasta ad Ar. Ran. 704

τὴν πόλιν καὶ ταῦτ' ἔχοντες κυμάτων ἐν ἀγκάλαις

affert versum

ψυχὰς ἔχοντες κυμάτων ἐν ἀγκάλαις·

ut fontem a quo locus Aristophaneus est derivatus. Quod fragmentum, a Didymo Aeschylo, a scholiasta Archilocho, tributum Nauck fragmentum Aeschyli, numero 462, nobis praebet.

E testimonio igitur satis parvo fragmentorum constat Aristophanem Aeschylum saepe ad verbum, saepe paucis tantum vocibus mutatis protulisse. Quomodo Sophocles autem et

Euripides vel quatenus Aeschylum secuti sint a fragmentis quidem minime patet. Quae cum ita sint, hac de re omnino testimonio superstitum Aeschyli fabularum confidendum est.

ADDENDA

Multa proverbia et loci communes qui apud Aeschylum inveniuntur posteris in litteris Graecis iterantur. Plerumque autem cognoscere non possumus utrum Aeschylus primus has sententias excogitaverit an a communi sermone poetarum desumpserit. Nonnumquan quidem testimonium apud Homerum aut Hesiodum invenimus eos fontem cuiusdam locutionis fuisse sed unde exoriantur proverbia ac loci communes plerique minime constat. Koch * et Rappold † satis exquisite de verbis translatis apud Aeschylum, Sophoclem, Euripidem usurpatis disputaverunt. Qua igitur de re brevius equidem agam.

Pars I

PROMETHEUS VINCTUS

Locutio proverbialis P. V. 39

τὸ συγγενές τοι δεινὸν ἥ θ' ὁμιλία

iteratur in Andr. 985.

τὸ συγγενὲς γὰρ δεινόν.

Eadem fere sententia est in Lysis. 713

ἀλλ' αἰσχρὸν εἰπεῖν καὶ σιωπῆσαι βαρύ,

qui locus testibus scholiastis a fragmento Euripidis 883 est desumptus ac in P. V. 106

ἀλλ' οὔτε σιγᾶν οὔτε μὴ σιγᾶν τύχας

et in P. V. 197-8

ἀλγεινὰ μέν μοι καὶ λέγειν ἐστὶν τάδε,
ἄλγος δὲ σιγᾶν.

Proverbium P. V. 263-5

ἐλαφρὸν ὅστις πημάτων ἔξω πόδα
ἔχει παραινεῖν νουθετεῖν τε τὸν κακῶς
πράσσοντ' . . . .

verbis quidem aliquantum immutatis reperitur in Alc. 1078

ῥᾷον παραινεῖν ἢ παθόντα καρτερεῖν. ,

Heracl. 109-10

* J. Koch, Quaestionum de Proverbiis apud Aeschylum Sophoclem Euripidem Caput I.

† J. Rappold, Die Gleichnisse bei Aischylos, Sophocles und Euripides.

καλὸν δέ γ' ἔξω πραγμάτων ἔχειν πόδα,

εὐβουλίας τυχόντα τῆς ἀμείνονος. ,

Herc. Fur. 1249

σὺ δ' ἐκτὸς ὢν γε συμφορᾶς με νουθετεῖς.

Verba translata huius loci similia sunt versibus Hipp. 1293

πήματος ἔξω πόδα τοῦδ' ἀπέχεις;

et Phil. 1260

ἴσως ἂν ἐκτὸς κλαυμάτων ἔχοις πόδα.

Locutio tritissima P. V. 275-6

. . . ταὐτά τοι πλανωμένη

πρὸς ἄλλοτ' ἄλλον πημονὴ προσιζάνει

in Alc. 893-4, Heracl. 611-2, Hipp. 1108-10, Andr. 851-2, Tro. 1204-6, Or. 979-80, atque apud Sophoclem in El. 916-7 et in Trach. 130 repetitur.

Fieri potest ut Trygaeum scarabeo vectum in Pac. 80–1

ὁ δεσπότης γάρ μου μετέωρος αἴρεται

ἱππηδὸν ἐς τὸν ἀέρ' ἐπὶ τοῦ κανθάρου

in scaenam inducat Aristophanes ut Oceanum et ecum eius pennatum (vide P. V. 286 et seqq.) irrideat. Bakhuyzen* contra fortasse suo iure censet hoc in loco Aristophanem ad Euripidis *Bellerophontem* spectare, poeta enim comicus iste et Euripidem et res scaenicas Aeschyli ornatas et inusitatas summo studio per ludum vertere solitus est. Qua de causa quemnam hoc loco cavilletur sub iudice esse debet.

Forsitan Aeschylus P. V. 298

ἔα, τί χρῆμα λεύσσω;

exemplum huiusmodi interrogandi posteris poetis praebuerit. Eum vero secutus est Euripides in Hipp. 905

ἔα τί χρῆμα; σὴν δάμαρθ' ὁρῶ, πάτερ,

Suppl. 92, Herc. Fur. 525, Andr. 897, Or. 1573. Omnibus his locis aliquis vehementissime agitatus aliquid rogat ac verbum ὁρῶ vocabulo λεύσσω respondet.

Translatio quae versibus P. V. 322-3

οὔκουν ἔμοιγε χρώμενος διδασκάλῳ

πρὸς κέντρα κῶλον ἐκτενεῖς,

continetur tam saepe a scriptoribus Graecis usurpatur ut non necesse esse videatur omnes locos in quibus invenitur afferre. Ut tamen pauca e multis proferam in Ag. 1624, Bacch. 795, Eur. Fr. 604, Pind. Pyth. II, 172-3 iteratur.

*Bakhuyzen, De Parodia in Comoediis Aristophanis, p. 71.

Earle* censet Sophoclem O. T. 70-2

. . . ἐς τὰ Πυθικὰ
ἔπεμψα Φοίβου δώμαθ', ὡς πύθοιθ' ὅ τι
δρῶν ἢ τί φωνῶν τήνδε ῥυσαίμην πόλιν

ad versus P. V. 658-60

ὁ δ' ἔς τε Πυθὼ κἀπὶ Δωδώνης πυκνοὺς
θεοπρόπους ἴαλλεν, ὡς μάθοι τί χρὴ
δρῶντ' ἢ λέγοντα δαίμοσιν πράσσειν φίλα

respicere. Sed Aeschylus Sophoclesque his in locis vocibus omnino propriis de oraculo consulendo uti videntur.

Fortasse Sophocles in Ant. 1084-6

. . . ὥστε τοξότης,
ἀφῆκα θυμῷ καρδίας τοξεύματα
βέβαια, τῶν σὺ θάλπος οὐχ ὑπεκδραμεῖ

versus P. V. 649-50

. . . Ζεὺς γὰρ ἱμέρου βέλει
πρὸς σοῦ τέθαλπται . . . .

secutus est.

Voces quae in P. V. 682

. . . γῆν πρὸ γῆς ἐλαύνομαι

inveniuntur in Acharn. 235

καὶ διώκειν γῆν πρὸ γῆς . . . .

repetuntur.

Sententiam P. V. 747

τί δῆτ' ἐμοὶ ζῆν κέρδος;

satis usitatam in Alc. 960, Med. 145, 798, Hec. 349, Herc. Fur. 1301, Andr. 404, Hel. 56, 293, Ai. 393, Thesmophor. 868 reperimus.

Aeschylus in P. V. 887-8 demonstrat se pernotum proverbium inducturum esse. Quo proverbio significatur virum decere uxorem eadem dignitate qua ipse fungentem ducere. Apud Euripidem in Fr. 214 et 502 iteratur haec sententia.

Proverbium usitatum P. V. 981, quo cognoscimus tempus quasi magistrum omnia docere in Hipp. 252, Eur. Fr. 291, Soph. Fr. 603 invenitur.

Pars II

SEPTEM CONTRA THEBAS

De verbis quibus Aeschylus utitur in Theb. 217-8

. . . ἀλλ' οὖν θεοὺς
τοὺς τῆς ἁλούσης πόλεος ἐκλείπειν λόγος

*Cf. adnotationem ad O. T. 72.

conicimus Eteoclem proverbium quoddam afferre. Quod revera in Tro. 25

λείπω τὸ κλεινὸν Ἴλιον βωμούς τ' ἐμούς

iterum apparet.

Sententia Theb. 224-5

πειθαρχία γάρ ἐστι τῆς εὐπραξίας
μήτηρ, γονῆς σωτῆρος . . . .

in Ant. 675-6

. . . τῶν δ' ὀρθουμένων
σῴζει τὰ πολλὰ σώμαθ' ἡ πειθαρχία.

iteratur.

Quae Aeschylus in Theb. 230-3

ἀνδρῶν τάδ' ἐστί, σφάγια καὶ χρηστήρια
θεοῖσιν ἔρδειν, πολεμίων πειρωμένων·
σὸν δ' αὖ, τὸ σιγᾶν καὶ μένειν εἴσω δόμων

scripsit minime excogitavit ipse. Quin etiam idem dictum iam apud Homerum in Od. I, 356-60 et Il. VI, 490-3 invenimus. Postea autem Sophocles in Ai. 293

γύναι, γυναιξὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει

et in Fr. 61, 3-4

ἄλλως τε καὶ κόρῃ τε κἀργείᾳ γένος,
αἷς κόσμος ἡ σιγή τε καὶ τὰ παῦρ' ἔπη

atque Euripides in Heracl. 476-7

γυναικὶ γὰρ σιγή τε καὶ τὸ σωφρονεῖν
κάλλιστον, εἴσω θ' ἥσυχον μένειν δόμων.

similia protulerunt.

Eadem fere sententia in Phil. 657

καὶ βαστάσαι με προσκύσαι θ' ὥσπερ θεόν;

ubi de arcubus Philoctetis agitur, inest ac in Theb. 529-30

ὄμνυσι δ' αἰχμὴν ἣν ἔχει μᾶλλον θεοῦ,
σέβειν πεποιθὼς ὀμμάτων ὑπέρτερον, .

Proverbium Theb. 597-608 quo significatur virum probum improbis familiariter usum semper in deterius converti apud Euripidem in Suppl. 223-8 et El. 1355 iteratur, in loco *Electrae* eadem locutio translata a rebus navalibus sumpta atque in loco Aeschyleo invenitur.

Modus dicendi qui quater apud Aeschylum apparet, vide Theb. 619.

φιλεῖ δὲ σιγᾶν ἢ λέγειν τὰ καίρια,

Choe. 582

σιγᾶν θ' ὅπου δεῖ καὶ λέγειν τὰ καίρια,

Eum. 276-7

. . . καὶ λέγειν ὅπου δίκη
σιγᾶν θ' ὁμοίως· ,

Aesch. Fr. 208

σιγῶν θ' ὅπου δεῖ καὶ λέγων τὰ καίρια,

repetitur apud Euripidem in Fr. 413, 2

σιγᾶν θ' ὅπου δεῖ καὶ λέγειν ἵν' ἀσφαλές.

Forsitan Euripides Ion. 927-8

κακῶν γὰρ ἄρτι κῦμ' ὑπεξαντλῶν φρενί,
πρύμνηθεν αἱρεῖ μ' ἄλλο σῶν λόγων ὕπο

versus Theb. 758-61

κακῶν δ' ὥσπερ θάλασσα κῦμ' ἄγει·
τὸ μὲν πίτνον, ἄλλο δ' ἀείρει
τρίχαλον, ὃ καὶ περὶ πρύμναν πόλεως καχλάζει.

sequatur.

Verba Theb. 795-6

πόλις δ' ἐν εὐδίᾳ τε καὶ κλυδωνίου
πολλαῖσι πληγαῖς ἄντλον οὐκ ἐδέξατο

quae per translationem de periculis Thebarum scripsit Aeschylus imitari videtur Sophocles in Ant. 163-4 et in O. T. 22-4.

Pars III

AGAMENNON

Sententia Ag. 37

. . . οἶκος δ' αὐτός, εἰ φθογγὴν λάβοι

in Hipp. 418

τέραμνά τ' οἴκων μή ποτε φθογγὴν ἀφῇ,

Hipp. 1074-5

ὦ δώματ', εἴθε φθέγμα γηρύσαισθέ μοι
καὶ μαρτυρήσαιτ' . . . . ,

Andr. 923-4

. . . ὡς δοκοῦσί τε
δόμοι γ' ἐλαύνειν φθέγμ' ἔχοντες οἵδε με

repetitur.

Senem pedibus tribus ambulare scriptores Graeci saepe ferunt. Quod vero dictum e fontibus Hesiodeis Oper. 533

τότε δὴ τρίποδι βροτῷ ἶσοι

hauriri potest. In Ag. 79-81 et in Tro. 275-6 postea apparet.

Poetae scaenici saepe vera de indole Iovis dubitant velut Aeschylus primus in Ag. 160

Ζεὺς, ὅστις ποτ' ἐστὶν, εἰ τόδ' αὐτῷ φίλον κεκλημένῳ

et eum sequens Euripides in Herc. Fur. 1263

Ζεὺς δ' ὅστις ὁ Ζεύς.

Confer quoque Tro. 885-6

ὅστις ποτ' εἶ σύ, δυστόπαστος εἰδέναι,
Ζεύς, εἴτ' ἀνάγκη φύσεος εἴτε νοῦς βροτῶν,

et Euripidis Fr. 480

Ζεὺς ὅστις ὁ Ζεὺς, οὐ γὰρ οἶδα πλὴν λόγῳ.

Eadem est locutio apud Euripidem in Fr. 836 πώγωνα πυρός atque in Ag. 306

φλόγος μέγαν πώγωνα.

Proverbium quod Ag. 620-1

οὐκ ἔσθ' ὅπως λέξαιμι τὰ ψευδῆ καλὰ
ἐς τὸν πολὺν φίλοισι καρποῦσθαι χρόνον

continetur apud Sophoclem in Fr. 59

ἀλλ' οὐδὲν ἕρπει ψεῦδος εἰς μῆκος χρόνου

iteratur.

Proverbium Graecum usitatissimum Ag. 753-6

. . . μέγαν τελεσθέντα φωτὸς ὄλβον
τεκνοῦσθαι μηδ' ἄπαιδα θνήσκειν,
ἐκ δ' ἀγαθᾶς τύχας γένει
βλαστάνειν ἀκόρεστον οἰζύν,

quod iterum paucioribus verbis expressum in Theb. 769-70 invenitur, in Trach. 296-7, et in Phil. 505-6 adhibet Sophocles.

Sententia quae in Ag. 839

ὁμιλίας κάτοπτρον, εἴδωλον σκιᾶς

inest postea in Ai. 125-6, Phil. 946-7, Soph. Fr. 12 et 859, Pind. Pyth. 895 apparet.

Locutionem proverbialem Ag. 928-9.

. . . ὀλβίσαι δὲ χρὴ
βίον τελευτήσαντ' ἐν εὐεστοῖ φίλῃ

Euripides in Andr. 100-2 et in Tro. 509-10 ac Sophocles in O. T. 1528-30. Trach. 1-3, Fr. 588 sunt secuti.

Aeschylus sententiose dicit cum vita hominum semel perierit, numquam revocari posse in Ag. 1019-21 et in Eum. 647-50. Quem secutus est Euripides in Suppl. 775-7. Fieri potest ut dictum ex Il. IX, 408-9 exortum sit.

Fortasse Euripides in Alc. 1-2

ὦ δώματ' Ἀδμήτει', ἐν οἷς ἔτλην ἐγὼ
θῆσσαν τράπεζαν αἰνέσαι

ad versus Ag. 1040-1

καὶ παῖδα γάρ τοι φασὶν Ἀλκμήνης ποτὲ
πραθέντα τλῆναι δουλίας μάζης τυχεῖν

respicit.

Voces doloris quas emittit Agamemnon in Ag. 1343

ὤμοι, πέπληγμαι καιρίαν πληγὴν ἔσω

atque iterum in Ag. 1345

ὤμοι μάλ' αὖθις, δευτέραν πεπληγμένος

et Clytaemestra in Choe. 876 ab Aeschylo ceteris poetis traditae sunt namque in Hec. 1037, Or. 1020, Soph. El. 1415-6, O. T. 1317, Trach. 1206, Ran. 1214, Plut. 935 reperiuntur.

Proverbium Ag. 1369

τὸ γὰρ τοπάζειν τοῦ σάφ' εἰδέναι δίχα.

repetitur in Trach. 425-6, Soph. Fr. 214.

Fieri potest ut sententia Ag. 1456-7

μία τὰς πολλάς, τὰς πάνυ πολλὰς
ψυχὰς ὀλέσασ' ὑπὸ Τροίᾳ

et Ag. 1465-6

. . . ὡς μία πολλῶν
ἀνδρῶν ψυχὰς Δαναῶν ὀλέσασ'

satis usitata fuerit. Iteratur saltem in Or. 743

ποῦ 'στιν ἢ πλείστους Ἀχαιῶν ὤλεσεν γυνὴ μία;

Idem proverbium in Ag. 1668

οἶδ' ἐγὼ φεύγοντας ἄνδρας ἐλπίδας σιτουμένους

et in Phoen. 396

αἱ δ' ἐλπίδες βόσκουσι φυγάδας, ὡς λόγος.

inest.

Pars IV

CHOEPHORI

Verrall* in versu Choe. 83

. . . κρυφαίοις πένθεσιν παχνουμένη

conicit Aeschylum verbo παχνουμένην usum esse quod ad Niobam spectaverit. Praeterea censet ab hoc vocabulo solo desumpsisse Sophoclem comparationem accuratam inter Niobam et Electram in El. 150-2. Hoc quoque in loco Verrall subtilior mihi quiden videtur.

Sententiam quae in versibus Choe. 127-8

καὶ γαῖαν αὐτήν, ἣ τὰ πάντα τίκτεται,
θρέψασά τ' αὖθις τῶνδε κῦμα λαμβάνει.

inest, Euripides quoque affert in Suppl. 536

* Cf. adnotationem ad Choe. 80-2.

κἄπειτα τὴν θρέψασαν αὐτὸ δεῖ λαβεῖν,

Fr. 195

ἅπαντα τίκτει χθὼν πάλιν τε λαμβάνει,

Fr. 839, 8-9

χωρεῖ δ' ὀπίσω

τὰ μὲν ἐκ γαίας φύντ' εἰς γαῖαν,

et Sophocles in Ai. 646-7.

Eadem est sententia in Choe. 238-43

ὦ τερπνὸν ὄμμα . . . πιστὸς δ' ἀδελφὸς ἦσθα,

atque in Heracl. 229-30, Hec. 280-1, Ai. 518-9. Fusius autem latiusque eadem dicit Euripides in Fr. 866

ἀλλ' ἥδε μ' ἐξέσωσεν, ἥδε μοι τροφός,

μήτηρ, ἀδελφή, δμωίς, ἄγκυρα στέγης.

Qui autem loci ad illos versus Il. VI, 429-30 spectant.

Telemachus in Od. I, 237-40 summo studio sperat si patri necesse mortem obire fuerit sub moenibus Troiae (non in mari) mortuum esse. Quem secutus sunt Orestes in Choe. 345-9

εἰ γὰρ ὑπ' Ἰλίῳ . . . ἐπιστρεπτὸν αἰῶ

et Peleus in Androm. 1182-3.

In Choe. 505-7 haec verba habemus

παῖδες γὰρ ἀνδρὶ κληδόνες σωτήριοι

θανόντι· φελλοὶ δ' ὣς ἄγουσι δίκτυον,

τὸν ἐκ βυθοῦ κλωστῆρα σῴζοντες λίνου.

Clemens autem Alexandrinus (Stromateis 11 p. 182) a fabula nescio qua Sophoclea παῖδες δὲ ἀνδρὶ κατ' αἶαν ὄντες κληδόνες γεγάασι· φελλοὶ δ' ὣς ἄγουσι δίκτυον τὸν ἐκ βυθοῦ [καὶ] κλωστῆρα σῴζοντες λίνῳ profert. Fieri potest ut aut parum accurate laudet ille aut Aeschylus Sophoclesque idem usitatum proverbium usurpaverint.

Eustathius p. 1013, 11 et scholiasta ad Il. XV, 207 afferunt versum Choe. 773

ἐν ἀγγέλῳ γὰρ κρυπτὸς ὀρθοῦται λόγος

ut fragmentum Euripideum. Hic quoque versus proverbialis fuisse videtur.

Sententia Choe. 896-7

ἐπίσχες, ὦ παῖ τόνδε αἴδεσαι, τέκνον,

μαστὸν . . . .

iteratur in Andr. 629-30

ἀλλ' ὡς ἐσεῖδες μαστόν, ἐκβαλὼν ξίφος

φίλημ' ἐδέξω . . . .

et in Or. 527-8

ὅτ' ἐξέβαλλε μαστὸν ἱκετεύουσά σε
μήτηρ;

Obsecratio eiusmodi generis primum in Il. XXII, 82-3

Ἕκτορ, τέκνον ἐμόν, τάδε τ' αἴδεο καὶ μ' ἐλέησον
αὐτήν, εἴ ποτέ τοι λαθικηδέα μαζὸν ἐπέσχον.

reperitur.

Pars V

EUMENIDES

Fieri potest ut ratio dicendi quam videmus in Eum. 457-8

ξὺν ᾧ σὺ Τροίαν ἄπολιν Ἰλίου πόλιν
ἔθηκας . . . .

atque iterata est in Tro. 1291-2

. . . ἁ δὲ μεγαλόπολις
ἄπολις ὄλωλεν οὐδ' ἔτ' ἔστι Τροία.

exemplum dederit quod persaepe posteri scriptores secuti sunt.

Pars VI

PERSAE

Proverbium Pers. 293-4

ὅμως δ' ἀνάγκη πημονὰς βροτοῖς φέρειν
θεῶν διδόντων·

et Theb. 719

θεῶν διδόντων οὐκ ἂν ἐκφύγοις κακά

repetitur in Phil. 1316-7

. . . ἀνθρώποισι τὰς μὲν ἐκ θεῶν
τύχας δοθείσας ἔστ' ἀναγκαῖον φέρειν.

Sententia O. T. 56-7

ὡς οὐδέν ἐστιν οὔτε πύργος οὔτε ναῦς
ἔρημος ἀνδρῶν μὴ ξυνοικούντων ἔσω.

eadem fere est ac Pers. 349

ἀνδρῶν γὰρ ὄντων ἕρκος ἐστὶν ἀσφαλές.

Quae quidem sententia communis fuisse debet. Namque eam apud Alcaeum 237

ἄνδρες γὰρ πόλιος πύργος ἀρεύιοι.

et apud Thucydidem 7,77,7 ἄνδρες γὰρ πόλις καὶ οὐ τείχη οὐδὲ νῆες ἀνδρῶν κεναί reperimus.

Similitudinem de thynno desumptam in Pers. 424-6

τοὶ δ' ὥστε θύννους ἤ τιν' ἰχθύων βόλον
ἀγαῖσι κωπῶν θραύμασίν τ' ἐρειπίων
ἔπαιον,

et iterum in Vesp. 1087

εἶτα δ' εἰπόμεσθα θυννάζοντες ἐς τοὺς θυλάκους,

invenimus.

Vox *πέλαγος* saepe ad magnitudinem vel multitudinem rerum adversarum significandam usurpatur. Cuius rei apparent exempla apud Aeschylum in Pers. 433

. . . κακῶν δὴ πέλαγος ἔρρωγεν μέγα

et in P. V. 746, Suppl. 470, apud Euripidem in Hipp. 822, Suppl. 824, Herc. Fur. 1087, apud Sophoclem in Trach. 117.

Proverbium Pers. 742

ἀλλ' ὅταν σπεύδῃ τις αὐτὸς, χὼ θεὸς συνάπτεται

et Fr. 395

φιλεῖ δὲ τῷ κάμνοντι συσπεύδειν θεός.

iteratur in Iph. T. 910-11

. . . ἢν δέ τις πρόθυμος ᾖ,
σθένειν τὸ θεῖον μᾶλλον εἰκότως ἔχει.

et Eur. Fr. 432, 2

τῷ γὰρ πονοῦντι καὶ θεὸς συλλαμβάνει.

Proverbium Pers. 813-4

τοιγὰρ κακῶς δράσαντες οὐκ ἐλάσσονα
πάσχουσι,

et Ag. 1527, 1564, Choe. 313, Fr. 456 repetitur in Soph. Fr. 209, Herc. Fur. 727-8, Or. 413. Haec vero sententia usitatissima apud Graecos fuisse debet, namque apud Pindarum quoque in Nem. IV, 32 et apud Theognidem in versu 593 invenitur.

Pars VII

SUPPLICES

De Argivis dicit Aeschylus in Suppl. 200-1

καὶ μὴ πρόλεσχος μηδ' ἐφολκὸς ἐν λόγῳ
γένῃ· τὸ τῇδε κάρτ' ἐπίφθονον γένος.

et in Suppl. 273

μακράν γε μὲν δὴ ῥῆσιν οὐ στέργει πόλις.

Quem ad morem Argivorum spectant Sophocles in Fr. 61, 3-4

ἄλλως τε καὶ κόρῃ τε κἀργείᾳ γένος,
αἷς κόσμος ἡ σιγή τε καὶ τὰ παῦρ' ἔπη

et in Fr. 424, 2

μῦθος γὰρ Ἀργολιστὶ συντέμνειν βραχύς

ac Pindarus in Isthm. V, 58

τὸν Ἀργείων τρόπον εἰρήσεται βαιʼ ἐν βραχίστοις.

Graeci saepe verba et facta inter se opponebant. Quod facit Aeschylus in Suppl. 515

σὺ καὶ λέγων εὔφραινε καὶ πράσσων φρένα

et vocibus similibus Euripides in Or. 287

τοῖς μὲν λόγοις ηὔφρανε, τοῖς δʼ ἔργοισιν οὔ.

Easdem virtutes quae quasi fontes universae honestatis sunt commemorant Euripides in Fr. 853

τρεῖς εἰσὶν ἀρεταὶ τὰς χρεών σʼ ἀσκεῖν, τέκνον,
θεούς τε τιμᾶν τούς τε φύσαντας γονῆς
νόμους τε κοινοὺς Ἑλλάδος·

atque Aeschylus in Suppl. 704-9

θεοὺς δʼ, οἳ γᾶν ἔχουσιν, . . Δίκας γέγραπται μεγιστοτίμου.

Pars VIII

FRAGMENTA

Teste scholiasta Aristophanes in Ran. 1527-8

πρῶτα μὲν εὐοδίαν ἀγαθὴν ἀπιόντι ποιητῇ
ἐς φάος ὀρνυμένῳ δότε δαίμονες οἱ κατὰ γαίας,

Fr. Aesch. 36

εὐοδίαν μὲν πρῶτον ἀπὸ στόματος χέομεν.

in ridiculum vertit.

Hic locus parodiam minime apertam, mea quidem sententia, continet.

Proverbium Aesch. Fr. 156

. . . θεὸς μὲν αἰτίαν φύει βροτοῖς,
ὅταν κακῶσαι δῶμα παμπήδην θέλῃ

repetitur in Ant. 622-4

τὸ κακὸν δοκεῖν ποτʼ ἐσθλὸν
τῷδʼ ἔμμεν ὅτῳ φρένας
θεὸς ἄγει πρὸς ἄταν· .

Proverbium Fr. 176

ἁπλᾶ γάρ ἐστι τῆς ἀληθείας ἔπη

iterum in Phoen. 469

ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ

invenitur.

Forsitan Sophocles in Ai. 854

ὦ Θάνατε, Θάνατε, νῦν μʼ ἐπίσκεψαι μολών

et in Phil. 797-8

ὦ Θάνατε, Θάνατε, πῶς ἀεὶ καλούμενος
οὕτω κατ' ἦμαρ οὐ δύνᾳ μολεῖν ποτε;

atque Euripides in Hipp. 1373

καί μοι Θάνατος Παιὰν ἔλθοι

fragmentum Aeschyleum 255

ὦ θάνατε παιάν, μή μ' ἀτιμάσῃς μολεῖν·
μόνος [γὰρ] εἶ σὺ τῶν ἀνηκέστων κακῶν
ἰατρός, ἄλγος δ' οὐδὲν ἅπτεται νεκροῦ.

secuti sunt. Cuius fragmenti versus ultimus exemplum versibus O. C. 955

. . . θανόντων δ' οὐδὲν ἄλγος ἅπτεται.

et Alc. 937

τῆς μὲν γὰρ οὐδὲν ἄλγος ἅψεταί ποτε,

dedit.

Eadem fere est locutio in O. C. 1052

κλῂς ἐπὶ γλώσσᾳ βέβακε

et in Aesch. Fr. 316

ἀλλ' ἔστι κἀμοὶ κλῂς ἐπὶ γλώσσῃ φύλαξ.

Sententia Aesch. Fr. 315

τῷ πονοῦντι ἐκ θεῶν
ὀφείλεται τέκνωμα τοῦ πόνου κλέος.

iteratur in Eur. Fr. 474

πόνος γάρ, ὡς λέγουσιν, εὐκλείας πατήρ.

Idem proverbium in Aesch. Fr. 317

οἴκοι μένειν χρὴ τὸν καλῶς εὐδαίμονα
[καὶ τὸν κακῶς πράσσοντα καὶ τοῦτον μένειν].

et in Soph. Fr. 848

οἴκοι μένειν δεῖ τὸν καλῶς εὐδαίμονα.

inest.

Teste scholiasta Aristophanes in Ran. 886-7

Δήμητερ ἡ θρέψασα τὴν ἐμὴν φρένα,
εἶναί με τῶν σῶν ἄξιον μυστηρίων.

Aeschylum adducit. Quos versus coniecit Fritsche ex Aeschyli *Eleusiniis* fluxisse sed Nauck eos suum in librum non inclusit.

SUBSIDIA

De Aeschyli textu

Abresch, F. L.	Animadversionum ad Aeschylum libri tres. Halis Saxonum, 1832.
Blaydes, F. H. M.	Adversaria in Aeschylum. Halis Saxonum, 1895.
Dindorf, G.	Aeschyli Tragoediae Superstites et Deperditarum Fragmenta. Oxonii, 1841.
Hermann, G.	Aeschyli Tragoediae. Berolini, 1859.
Paley, F. A.	Tragedies of Aeschylus. London, 1870.
Weil, H.	Aeschyli Tragoediae. Gissae, 1858, 1867.

De *Prometheo Vincto*

Wecklein, N. et Allen, F. D.	The Prometheus Bound. Boston, 1897.

De *Supplicibus*

Oberdick, J.	Die Schutzflehenden. Berlin, 1869.
Tucker, T. G.	Supplices. London, 1889.

De *Persis*

Teuffel, W. S. et Wecklein, N.	Äschylos Perser. Leipzig, 1886.

De *Septem contra Thebas*

Verrall, A. W.	The Seven against Thebes. London, 1887.

De *Orestea*

Wecklein, N.	Orestie. Leipzig, 1888.

De *Agamemnone*

Blaydes, F. H. M.	Agamemnon. Halis Saxonum, 1898.

De *Choephoris*

Blass, F. — Aischylos' Choephoren. Halle, 1906.

Tucker, T. G. — Choephori. Cambridge, 1901.

Verrall, A. W. — Choephori. London, 1893.

De Sophoclis textu

Campbell, L. — Sophocles. Oxford, 1879–81.

Paley, F. A. — Sophocles. London, 1880.

Schneidewin, F. W. et Nauck, A. — Sophokles. Berlin, 1883–91.

Wunderus, E. et Wecklein, N. — Sophoclis Tragoediae. Lipsiae, 1875.

De *Oedipo Tyranno*

Earle, M. L. — Oedipus Tyrannus. New York, 1901.

Jebb, R. C. — Oedipus Tyrannus. Cambridge, 1897.

De *Oedipo Coloneo*

Jebb, R. C. — Oedipus Coloneus. Cambridge, 1889.

De *Antigona*

Jebb, R. C. — Antigone. Cambridge, 1891.

De *Aiace*

Blaydes, F. H. M. — Ajax. London, 1875.

Jebb, R. C. — Ajax. Cambridge, 1896.

De *Electra*

Kaibel, G. — Elektra. Leipzig, 1896.

De *Trachiniis*

Jebb, R. C. — Trachiniae. Cambridge, 1892.

De *Philocteta*

Jebb, R. C. — Philoctetes. Cambridge, 1890.

De Euripidis textu	
Paley, F. A.	Euripides. London, 1858, 1860, 1872.
De *Alceste*	
Earle, M. L.	Alcestis. New York, 1896.
Hayley, H. W.	Alcestis. Boston, 1898.
De *Medea*	
Earle, M. L.	Medea. New York, 1904.
Weil, H.	Médée. Paris, 1879.
De *Hippolyto*	
Mahaffy, J. P. et Bury, J. B.	Hippolytus. London, 1881.
Weil, H.	Hippolyte. Paris, 1904.
De *Hercule Furente*	
Wilamowitz-Moellendorff, U.	Herakles. Berlin, 1889.
De *Ione*	
Van Herwerden, H.	Ion. Traiecti ad Rhenum, 1875.
De *Iphigenia Taurica*	
Bates, W. N.	Iphigenia in Tauris. New York, 1904.
De *Electra*	
Murray, G.	Electra (translated). London, 1906.
De *Bacchis*	
Sandys, J. E.	Bacchae. Cambridge, 1880.
De Aristophanis textu	
De *Acharnensibus*	
Blaydes, F. H. M.	Acharnenses. Halis Saxonum, 1887.
De *Equitibus*	
Merry, W. W.	Knights. Oxford, 1887.

De *Nubibus*

Blaydes, F. H. M. Nubes.
Halis Saxonum, 1890.

Merry, W. W. Clouds.
Oxford, 1889.

Van Leeuwen, J. Nubes.
Lugduni Batavorum, 1898.

De *Vespis*

Starkie, J. M. Wasps.
London, 1897.

De *Pace*

Blaydes, F. H. M. Pax.
Halis Saxonum, 1883.

Van Herwerden, H. Eirēnē.
Lugduni Batavorum, 1897.

De *Avibus*

Blaydes, F. H. M. Aves.
Halis Saxonum, 1882.

Van Leeuwen, J. Aves.
Lugduni Batavorum, 1902.

De *Lysistrata*

Blaydes, F. H. M. Lysistrata.
Halis Saxonum, 1880.

De *Thesmophoriazusis*

Blaydes, F. H. M. Thesmophoriazusae.
Halis Saxonum, 1880.

De *Ranis*

Blaydes, F. H. M. Ranae.
Halis Saxonum, 1889.

Van Leeuwen, J. Ranae.
Lugduni Batavorum, 1896.

De *Ecclesiazusis*

Blaydes, F. H. M. Ecclesiazusae.
Halis Saxonum, 1881.

Van Leeuwen, J. Ecclesiazusae.
Lugduni Batavorum, 1905.

De *Pluto*

Blaydes, F. H. M. Plutus.
Halis Saxonum, 1886.

Van Leeuwen, J. Plutus.
Lugduni Batavorum, 1904.

De *Fragmentis Aristophanis*

Blaydes, F. H. M. Fragmenta Deperditarum Comoediarum Aristophanis.
Halis Saxonum, 1885.

De *Fragmentis ceteris*

Nauck, A. Tragicorum Graecorum Fragmenta.
Lipsiae, 1889.

Adde, nisi molestum est, quaedam alia opuscula quae nobis subsidia fuerunt:

Bakhuyzen, W. H. De Parodia in Comoediis Aristophanis.
Traiecti ad Rhenum, 1877.

Prien, K. F. U. Beiträge zur Kritik von Aeschylos' Sieben vor Theben 350–663.
Lübeck, 1856.

Hermann, J. G. J. Non videri Aeschylum Ἰλίου πέρσιν scripsisse.
Lipsiae, 1841.

Koch, J. Quaestionum de Proverbiis apud Aeschylum, Sophoclem, Euripidem, Caput I.
Regimonti, 1887.

Murray, A. T. On Parody and Paratragoedia in Aristophanes.
Berlin, 1891.

Rappold, J. Die Gleichnisse bei Aischylos, Sophokles und Euripides.
Klagenfurt, 1876.

VITA

Nata sum anno MDCCCLXXXII Novi Eboraci. Litterarum elementis in schola privata imbuta anno MDCCCXCIX in collegium Barnardinum me contuli. Anno MDCCCCIII in universitatem Columbianam demigravi ubi duobus annis post studia philologica persecuta ad gradum magistri in artibus provecta sum. Inde tres per annos eisdem studiis atque litteris Indicis me dedicavi. Scholas audivi vv. dd. Earle, Egbert, Jackson, Knapp, Perry, Young. Omnibus autem quos commemoravi viris doctissimis optime de me meritis gratias et nunc ago et semper habebo maximas, praecipue vero Perry qui studiis meis fautor et adiutor benevolentissimus fuit et Knapp et Young quorum admonitu consilioque hoc in libello multa evitavi menda et Earle qui semper me ad studia philologica persequenda incitavit semperque me omnibus rationibus adiuvit.